

DISTINCTIONIS VIGESIMAE TERTIAE

intellectuali, quæ naturis oibus antecellit.

Ad 2.

Posterius argumentum diluitur negatione maioris. Nam si ita res haberet, cum illud solum suppositum sit laude dignum, quod est virtute præditum: non omne naturæ intellectualis suppositum esset persona, sed illud solum quod esset virtutis studio sum, id quod tamen est absurdissimum. Fatemur tamen originem duxisse hoc nomen ex virtutis egregia, & excellentium factorum commendatione: adhibita quadam larvæ assimilatione. Id quod in tragedijs cernebatur olim.

Persona  
Vnde duxit  
originem.

✠ QVÆSTIO. 2. ✠

*Utrum persona de Deo, & creaturis uniuoce dicatur?*



Conclusionem affirmatiua quæstio explicatur. Etenim nomen personæ eiusdem est rationis in Deo, & in creatura. Id vero sic ostenditur. Intentio, quam formaliter significat nomen personæ, est eiusdem rationis in Deo, & in creatura, igitur & nomen personæ eadē ratione dicitur de Deo, & creatura. Consecutio aperta est, pro antecedentis vero probatione illud initio præponimus, intentionem secundam non esse eiusdem rationis in omnibus, quæ denominat, sed diversificari iuxta diversitatem formalem proprietatis, cuius interuentu attribuitur rei, vel fundatur in re. Namque intentio secunda rei attribuitur iuxta proprietatem ipsius, quia enim cernimus hominem in multis dici, quæ numero differunt, idcirco intentionem ei speciei attribuimus: & contra, quia Socrates in nullo dicitur, intentionem ei indiuidui accommodamus. Ex quo efficitur, ut intentio non sit eiusdem rationis in omnibus, sed diversificetur iuxta formalem diversitatem proprietatis, per quam fundatur in re. Ita fit ut ratio speciei non sit eadem in Deo, & creatura, quippe cum non eadē proprietatis ra-

Conclusio  
unica.  
Personæ  
nomen est  
eiusdem ra-  
tionis in  
Deo, & cre-  
atura.

Intentio  
secunda non  
est eiusdem  
rationis in  
omnibus,  
quæ de-  
nominat,  
sed diuer-  
sificatur  
iuxta di-  
uersitatem  
formalem  
proprietatis,  
per  
quæ fundatur  
in re.

tio in Deo, & in creatura reperiatur: in qua ratio illa specifica fundatur. Nam cum unitas naturæ fundet rationem speciei, unitas diuinæ naturæ in multis suppositis, longè diuersa est ab unitate naturæ humanæ in multis indiuiduis, hæc siquidem unitas rationis est, illa realis: ac proinde ratio speciei non æque, neque uniuoce cõuenit vtrique.

Ita ergo ad propositi antecedentis probationem licet argumētari, proprietatis fundans rationem personæ est eiusdem rationis in Deo, & in creatura, intentio igitur personæ est eiusdem rationis in Deo, & in creatura. Antecedens ostenditur. Intentio fundans intentionem personæ est esse aliquid subsistens in natura intellectuali, hæc autē proprietatis, quæ fundat huiusmodi intentionem, æque in Deo cernitur, atque in creatura, etenim subsistentiam esse creatam, vel incretam, absolutam, vel relatiuam nihil videtur attinere ad formalem rationem huius proprietatis, quæ est fundamentum intentionis, relinquatur igitur intentionem personæ fundatam in tali proprietate uniuoce reperiri in Deo, & creatura.

Vnde persona est aliquid commune uniuocum prædicabile de Deo, & creatura.

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

Quæ genere summo non consentiunt, neque communi aliquo uniuoco continentur, etenim in genere summo summa quoque uniuocatio reperitur, quippe quia summo genere nihil sit communius & uniuersalius nisi ens, quod ipsum tamen non est commune aliquod uniuocum, sed Deus & creatura genere aliquo summo minimè cõueniunt, neque itidem communi aliquo uniuoco continentur.

Præterea, quæ Deo conueniunt, & creaturæ prius, & excellentius in Deo reperiuntur, quam in creatura, nihil ergo esse potest commune uniuocum Deo, & creaturæ. Consecutio patet, quoniam per prius, & excellentius reperiri in vno quam in altero, ad analogiam pertinet.

Intentio  
personæ  
est eiusdem  
rationis in  
Deo, & cre-  
atura.

Nihil  
mune  
uocum  
& crea-  
re est  
rest in  
bas, b  
tamen  
intenti-  
onibus.

Deo, &  
aturæ  
potest  
mune  
quod  
uocum  
nonal

1. Argu.

2. Argu.

Perfo-  
formal-  
ter non  
nificat  
atione  
aut sub-  
t m, q  
ad re-  
iectam

DILVTIO ARGVMENTORVM.

Nihil cōmune vni uocū Deo & creaturæ esse potest in rebus, bene tamen in intentionibus.

**P**Rius argumentum diluitur maioris propositionis explicatione: Namq; vt sit illud verum in rebus, nihil enim commune vniuocum esse potest rebus ijs, quæ eodem summo genere minimè consentiunt, non tamen est verū in intentionibus. Nam non solum in eodem prædicamento, verum etiā in diuersis reperitur eadē habitudo ad fundandas secundas intentiones, vt satis patet in albedine respectu huius, vel illius albedinis, & in homine respectu huius, vel illius hominis, quapropter talibus conueniūt intentiones eiusdem rationis. s. esse speciem.

Deo, & creaturæ esse potest cōmune aliquod vni uocū intē nonaliter

Cum igitur persona, formaliter significet intentionem, vt iam diximus, sitq; similis habitudo ad fundandam illam intentionē in Deo, & creatura, quemadmodum etiam docuimus, sequitur, vt persona sit aliquid commune vniuocum Deo, & creaturæ.

Cum ergo dicitur nihil esse posse commune vniuocum Deo, & creaturæ, id verum est realiter, secus intēcionaliter. Quælibet etiā res vt intellecta dicitur vniuoce, quādoquidem esse intellectum non dicit rem circa obiectum, sed intentionem.

Posterioris argumenti eadem est solutio. Verum si quidem est antecedēs illud in rebus, non tamen in intentionibus. Caterum quod ad res attinet, nomina prius conuenire Deo, quā creaturis, illud est intelligendum quoad illa quæ nomina significant, secus quoad illud vnde impositio ortum habuit. Nam diuinorum nominum impositio ex ijs ortū habuit, quæ cernūtur in creaturis.

✠ QVÆSTIO. 3. ✠

*Vtrum persona in diuinis significet substantiam, an relationem?*



**R**espondetur duplici conclusione. Prior cōclusio. Persona in diuinis formaliter, neque substantiam significat, neq; relationem. Etenim persona

formaliter significat intentionem, at intentione neque est substantia, neq; relatio, persona igitur nomen formaliter, neq; substantiam significat, neque relationem.

Posterior conclusio. Personæ nomen in ordine ad rem subiectam intentioni, idque in communi, & absolutè, abstrahit ab absoluto, & relatiuo, quatenus tamen in diuinis reperitur, includit cum substantiam, tum relationem. Prior conclusionis pars ex eo intelligitur, quia persona in formali ratione hoc vendicat, vt sit subsistens quiddam distinctum proprietate, quod autē illa proprietas distinguens sit absoluta, aut relatiua, hoc ipsum omnino est extra significatū personæ in communi. Posterior vero pars conclusionis ex eo perspicitur, quoniam persona in diuinis est subsistens in diuina natura distinctum proprietate relatiua: igitur cum essentia, quæ præstat subsistentiam, tum relatio, quæ distinguit, includuntur in persona quatenus in diuinis reperitur, in obliquo tñ.

men intē tioni, in communi quidē abstrahit ab absoluto, & relatiuo indiuis autem includit cū substantiā, tum relationem.

Præterea, illud in cuius ratione est positū vt sit subsistens distinctum, & incommunicabile, includit in sua ratione id cuius interuentu subsistit, quouē efficitur vt sit distinctum & incommunicabile, At persona est huiusmodi, includit igitur in sua ratione cū illud cuius interuentu subsistit, tum illud, quo efficitur vt sit distinctum quiddam, & incommunicabile, in diuinis autem id per quod persona subsistit, est essentia, id vero per quod distinguitur, est relatio, persona igitur diuina in ratione sua complectitur, cum essentiam, tum relationem.

REFVTATIO CONCLVS.

**H**AEC conclusio quoad priorē sui partē venit in dubium. Namque nullus conceptus vnus realis potest abstrahere à substantia, & relatione, alioqui nomen ad exprimendum talem conceptum impositum vniuoce diceretur de absoluto, & relatiuo, id quod omnino & falsum, & impossibile est, at persona in communi dicitur tam de absoluto, vt patet in persona creata, tam de relatiuo, vt cernitur in diuinis personis: fieri igitur

entia  
sona  
eiusdē  
iōis in  
o, & c  
ra.

Argu.

Argu. Persona formaliter nō significat relationem, aut substantiam, quoad rem subiectam ta-

igitur non potest ut dicatur vnico conceptu & significato de vtroque, conceptu inquam abstrahente ab vtroque. Ita enim eueniret ut nomen significans illum vnicum conceptum vniuoce de vtroque diceretur.

DILVTIO ARGUMENTI.

Nomen rei esse non potest vniuocum ab soluto, & relatiuo, bene tamen nomen intentionis.

**D**icimus veram esse maiorem propositionem. Ceterum persona non significat rem, sed intentionem, quæ eadem ratione reperitur in ijs etiam, quæ eodem genere minime continentur. Ex quo efficitur ut nomen talem conceptum, siue talem intentionem significans, vniuocum esse rebus illis possit.

✠ QVÆSTIO. 4. ✠

*Vtrum persona sit commune quiddam?*

Conclusio vnica.

Persona est quiddam commune in diuinis non communitate reali, sed communitate rationis, idque quoad intentionem, non tamen quoad re abstractam intentioni.



**V**nica hac de re conclusio statuitur, quæ ita habet. Persona est aliquid commune in diuinis, non quidem re ipsa, sed ratione duntaxat: quemadmodum vniuersale commune est ijs, quæ sub ipso continentur. Probatio prioris partis. Illud re ipsa est commune cum multis: quod ipsum in illis multis secundum esse reale reperitur: At non sic persona in diuinis suppositis reperitur, non enim quæ secundum rem est persona patris, secundum rem est persona filij, igitur persona non est commune quiddam secundum rem ipsis personis diuinis.

Posterior pars ostenditur. Persona dicitur de diuinis suppositis, non secundum aliquid vnum numero, quod in ipsis reperitur, sed sicut vniuersale in ijs dicitur, quæ sub ipso continentur, at vniuersale secundum rationem in multis reperitur, igitur & persona. Ita fit ut persona quoad intentionem sit aliquid commune, non autem quoad rem subiectam intentioni.

REFVTATIO CONCLUSVS.

**I**llud quod suapte vi, & natura est incommunicabile non est commune cum mul-

tis, at persona vi sua, & ratione est quiddam incommunicabile, non potest igitur esse commune aliquid in diuinis.

DILVTIO ARGUMENT.

**A**rgumentum diluitur minoris propositionis distinctione. Namque persona, quoad id quod de materiali significat, siue quoad id de quo dicitur est quiddam incommunicabile: cum illud sit singulare, & indiuiduum, ceterum quoad id quod formaliter significat, commune quiddam est. Etenim de formali non significat rem incommunicabilem, sed intentionem incommunicabilitatis, siue suppositi, aut indiuidui, quæ cum multis communis est.

Persona de formali non significat rem incommunicabilem, sed intentionem incommunicabilitatis suppositi, aut indiuidui, quæ est communis cum multis.

DISTINCTIO XXIII.

¶ Resolutio distinctionis xxiiij.

**D**istinctio vigesima quarta exponit Magister quid significetur per nomen numerale cum de diuinis loquimur. Estque huius distinctionis hæc prior conclusio, quæ est huiusmodi. Nomen numerale in diuinis remouet potius, quam ponit. Ita fit ut vnum excludat multitudinem, multitudo vero solitudinem, siue singularitatem. Cum dicimus igitur Deum esse vnum id significamus Deos non esse multos. Rursum cum dicimus, multas, aut tres personas, significamus non tantum esse patrem in diuinis, neque tantum filium, neque tantum patrem, & filium, sed & spiritum sanctum. Neque tantum hanc personam, & non aliam, sed hanc, & hanc, & illam, & hanc non esse illam.

Posterior conclusio. Distinctio, & discretio in diuinis confusionem, & permutationem excludunt, non diuersitatem, diuisionem aut separationem inducunt.

**DISTINCTIO**  
XXV.

¶ Resolutio distinctionis xxv.

**R**epetit Magister disputationem de hoc nomine persona, exquirens quid significetur nomine persona, cum dicimus, patrem, & filium, & spiritum sanctum esse tres personas, & aliam esse personam patris, aliam filij, & aliam spiritus sancti: posita igitur distinctione, questionem diluit duabus conclusionibus. *Distinctio est huiusmodi. Persona accipi potest duobus modis. Uno modo pro essentia, altero modo pro hypostasi, siue proprietate personali. Est ergo prior conclusio. Cum dicimus tres personas, aut aliam esse personam patris, & aliam filij, & aliam spiritus sancti, non significamus essentiam, alioqui plures essentias, & plures Deos profiteremur.*

*Posterior conclusio. Cum dicimus tres personas, significamus hypostases, siue subsistentias, ut scilicet illorum verborum sit hic sensus, tres hypostases, tres subsistentie, siue tres subsistentes. Sub hoc etiam sensu dicimus aliam esse personam patris, aliam filij, & aliam spiritus sancti, nempe aliam esse hypostasim, siue subsistentiam patris, aliam filij, & aliam spiritus sancti. Obijcit Magister contra priorem conclusionem, & diluit obiectionem ut satis patet in contextu. ¶ Corollarium.*

*Ad extremum colligit Magister hoc nomen persona, non habere simplicem rationem, & unam intelligentiam in diuinis, sed esse ubi faciat intelligentiam essentiae, ut cum dicitur pater est persona, filius est persona, etc. Et esse ubi faciat*

*intelligentiam hypostasis, siue subsistentiae, ut cum dicitur, tres persona, & alia personae patris, alia filij, alia spiritus sancti. Esse postremo, ubi intelligentiam efficiat proprietatis, ut cum dicitur alius est pater in persona, alius filius, alius spiritus sanctus. Horum siquidem verborum hic est sensus, alia est proprietate qua pater est pater, & alia qua filius est filius, etc.*

**D**ISTINCTIO XI III. & XV. eorum nominum vis explicatur, quibus vnitas, & multitudo in diuinis declaratur. Nam cum in diuinis neque singularitas, neque diuersitas reperitur: addubitari merito potuit, quid in diuinis rebus ea nomina significant, quae vnitatem, quaeque multitudinem, & distinctionem declarant. Nam si verè ea nomina de Deo dicuntur, videntur sua significata in diuinis ponere, At Magister non putat his nominibus poni aliquid in diuinis, sed remoueri potius. Id ergo iam in controuersia apud theologos versatur. Interim praemittunt theologo nonnullas metaphysicas quaestiones, de vno, & multo transcendentibus per comparisonem ad ens, in quarum explanationem nobis etiam incumbendum existimauimus, quam breuissimè tamen.

✠ QVAESTIO. I. ✠

*Vtrum vnum transcendens addat aliquid supra ens?*



**D**E re proposita hac prima statuatur conclusio. Vnum transcendens non addit aliquam realitatem supra ens. Nam quidquid adiungitur ad ens est extra naturam entis, at nihil excedit naturam entis, alioqui illud esset, & non esset: esset quidem, quia additur enti, non esset vero, quia est extra naturam entis, quod autem est extra ens, est non ens,

r. conclusio. Vnum non addit aliquam realitatem supra ens.

nihil

DISTINCTIONIS XXIII. ET XXV.

nihil igitur potest ad ens adiungi, ac proinde vnitas nullam rem adiungit enti.

Adde, quia res quæque est vna sua entitate, & substantia, non est igitur vnitas res aliqua addita, & adiuncta entitati. Consecutio firma est. Nam si res quæque esset vna aliquo alio adiuncto, subinde quæritur, illud adiunctum sit vnum sua entitate, & substantia nec ne? si sua entitate est vnum, sistendum ergo fuerat in primo. sin contra, fieri ergo potest in infinitum progressio.

2. cōclus.  
Vnum ad  
dic supra  
ens solam  
rationem,  
nempe ra-  
tionem in  
diuisionis.

Secunda conclusio. Vnum adiungit enti aliquam rationem, eamque priuatiuam .s. indiuisiōnem, siue indistinctionem. Nam illud est vnum quod sic est hoc, vt non sit non hoc, & non sit aliud, ex quo efficitur vt indistinctio à se, & distinctio à quouis alio rationem vnus, siue vnitatis compleant: hæc autem ratio est priuatiua, vnum igitur addit enti rationem, eamque priuatiuam.

Esse cuius-  
que rei cō-  
sistit in in-  
diuisione

Præterea, esse cuiusque rei consistit in indiuisiōne. Nam si res est simplex, est indiuisa actu & potentia: si composita, tum habet esse, cum partes conficiunt totum: cum vero partes distrahuntur, iam amittit esse: quæ res declarat esse cuiusque rei consistere in indiuisiōne, ac proinde vnitatem adiungere enti rationem indiuisiōnis, quæ est proprietatis cōcomitans omne ens, quatenus est ens.

3. cōclus.  
Vnum tran-  
scendens for-  
maliter est  
negatio,  
materiali-  
ter vero  
est positi-  
uum quid-  
dam.

Tertia conclusio. Vnum transcendens formaliter est quiddam negatiuum, materialiter vero positiuum. Etenim de formali negationem diuisionis importat, de materiali vero ipsam rei entitatem adsignificat, in qua illa indiuisiō fundatur.

REFUTATIO CONCLUS.

Opinio  
scoti, qd  
vnum sit  
aliquid  
positiuum,  
non nega-  
tiuum.  
3. Argu.

Sunt qui à secunda conclusione dissentiant, in quibus est Scotus 4. Metaphys. Putat enim vnum transcendens esse aliquid positiuum, tum quia est passio entis, sic enim argumentatur. Passio est idem re cum eo cuius est passio, atqui vnum est passio entis, est igitur vnum re cum ente, cumque ens sit aliquid positiuum, sequitur vt & vnitas quæ eidem identificatur, sit positiuum aliquid.

2. Argu.

Tum, quia esse vnum est perfectio simpli-

citer, etenim melius est ipsum quam non ipsum, est igitur vnum aliquid positiuum.

DILVTIO ARGUMENT.

Ad primum dicitur, vnum identificari illud quidem enti: non tamen positiue, sed negatiue, id est, vnitas non est aliqua natura, siue realitas distincta ab ente, & idem superaddita, sed eadem, quæ est ens, diuerso tamen modo significata. Namque vnum, significat ipsum ens quatenus indistinctum, & indiuisum. Ex quo iam intelligitur, vnum de materiali esse aliquid positiuum, de formali vero negatiuum.

Ad 1.

Apu  
Thoma  
multit  
do for  
litter e  
quidd  
negati

Ad secundum respondet Doctissimus Caietanus .l.p.q. 9. art. 1. vnum quod conuertitur cum ente abstrahere à perfectione, & imperfectione. Nam si entitas dicit perfectionem, & vnitas concomitans perfectionem etiam declarat: sin contra, neque vnitas. Ita fit vt vnitas substantialis dicat perfectionem, siquidem esse substantiale dicit perfectionem: vnitas vero relationis non item, quandoquidem relatio formaliter perfectionem minimè declarat. Hæc explicatio mihi non omnino satisfacit. Nam quamuis hæc vel illa vnitas non dicat perfectionem, aut imperfectionem, quemadmodum neque illa aut illa entitas, est enim quædam entitas perfectionem declarans, quædam vero minimè, vnum tamen, qua vnum est perfectionem significat, quemadmodum ens, qua est ens, iam vero vnum transcendens, & conuertibile cumente est vnum, qua vnum est. Ex quo efficitur vt vnum transcendens perfectionem declarat.

Ad 2.  
Caietani  
sententia.

Eiusdem  
improbatio.

Scoto igitur damus vnum transcendens de materiali esse quiddam positiuum, id quod satis est vt vnum in perfectionibus simpliciter habeatur. Quamuis enim pura negatio non sit perfectio, negatio tamen aliquid ponens interuentu sublati in perfectionibus haberi potest.

Nota.  
Quamuis  
pura nega-  
tio non sit  
perfectio,  
negatio ta-  
men ali-  
quid po-  
nens ratio-  
ne substra-  
ti in perfe-  
ctionibus ha-  
beri potest.

QVÆSTIO .2.

Vtrum multum, quod opponitur vni addat aliquid supra ens?

Vulga-

Apu  
randū  
quidd  
positi

lib  
Cōtra  
randū

mult  
o fo



Vlgaris ac cōmunis sententia est, multitudinē addere supra ens rationem quandam, de qualitate tamen illius rationis inter Theologos minimē convenit. D. Tho. i. p. q. 9. art. 2. rationem illam negatiuam esse tradidit, vt. scilicet ratio multitudinis in indiuisione, & diuisione consistat, in indiuisione quidē cuiuslibet partis multitudinis, diuisione vero, per quā quæq; pars multitudinis non est altera. Hoc vero ex co effectū esse voluit, quoniā multitudo est quiddā aggregatū ex vnitatibus: at quælibet vnitatis est indiuisa à se, & diuisa à quouis alio, igitur ratio multitudinis cōpletur cum indiuisione, tum diuisione, quæ negatio quædam est: ac proinde multitudo formaliter est ens negatiuum.

vt dicatur, esse quiddam formaliter negatiuum, nempe cū ipsius ratio cū in indiuisione tū in diuisione consistat. Ac indiuisio cū re, tum voce negationē declarat, diuisio vero etsi verbo solo positiuū quiddā sit, re tñ ipsa negatiuū quiddam est. Etenim ea diuidi & distingui dicuntur, quorū vnū non est alterū.

liter est quiddam negatiuū

Superest vt aduersarię opinionis argumēta diluamus. Ad primum igitur respōdetur negata minori propositione illa, nēpe rationē multitudinis esse positiuā, iam enim diximus rationē diuisionis re ipsa esse negatiuā.

Ad secundum dicitur, vnū opponi multo per modū priuationis, sicut indiuisum diuiso, Non tamen hinc iam cōsequitur vt multitudo antecedit vnitatē, sed quod diuisio antecedit vnitatē, idq; non simpliciter, sed secundū esse intelligibile. Nam primo cadit sub intellectu ens, deinde quod hoc ens non est illud, & sic ex negatione entis apprehēditur diuisio: tertio sequitur vnū, quod est esse hoc, & non esse non hoc, id est, indiuisum in se, siue à se. Postremo sequitur multitudo. Non enim diuisa intelliguntur habere rationem multitudinis, nisi ob id, quia cuiuslibet diuisorum attribuitur vnitatis. Vnde multitudo definitur per vnū, vnum vero non definitur per multitudinē. Thom. i. p. q. 11. art. 2. ad 4.

✠ QVÆSTIO. 3. ✠

Verum esse vnū maximē Deo cōueniat?



Respondetur affirmatiua conclusione, quæ est huiusmodi. Esse vnum maximē Deo conuenit. Probatio, quod est maximē indiuisum, est maximē vnum, nempe cū ratio vnus in indiuisione consistat, at ens maximē indiuisum est ipse Deus: etenim Deus à se est indistinctissimus, ab alijs vero longē seiunctissimus, Est igitur Deus maximē vnus.

Deus est maximē vnus.

Præterea, quod est simplicissimū est vnū maximē, atqui diuina natura est simplicissima nullam prorsus compositionē admittēs, est igitur maximē vna. Hæc porro diuina vnitas,

Apud Thomam, multitudo formaliter est quiddam negatiuū.

Apud Durandū est quiddam positiuū.

Cōtra Durandū.

Multitudo formaliter.

Ad 1.

Ad 2. aierantia.

usdem proba.

tota. amuit a nega nō sit ectio, atio ta ali- d po- s ratio ubstra n per- ioni. habe. ocell.

DISTINCTIONIS XXIII. ET XXV.

vnitas, quamuis de materiali ad significet cum substantiam, tum relatione, vtrique siquidem vnitas conuenit, de formali tamen solam declarat negationem distinctionis.

REFUTATIO CONCLUS.

**R**atio indiuisiōnis est ratio priuatiua, At in Deum nulla cadit priuatio, alioquin Deo careret aliqua forma debita inesse, iam autem quidquid in Deo debuit inesse ibi inest, nō reperitur igitur in Deo ratio vnitatis.

DILVTIO ARGUMENTI.

**D**iluitur argumentum in hunc modum. Priuantium nominū duo sunt genera. Vnū genus est eorū, quæ non solū nomine, verum etiā re ipsa sunt priuantia, vt cæcus, & surdus, quibus significatur rem subiectam priuari forma aliqua, quæ debuit cōuenire.

Alterum genus est eorum, quæ vt verbo videantur esse priuantia, sunt tamen re ipsa negantia, vtpote quibus declaretur quid res non sit: vt incorporeum, & insensibile in Deo, & in Angelo. Prioris generis priuatio in Deū non cadit, priuatio vero generis posterioris cadit, ac sub hoc posteriori genere cōtinetur diuinæ essentia vnitas, cum enim Deus dicitur esse vnus hoc significatur Deū non esse aliū à se, & à sua essentia. Non tamen necessariō significatur negatio diuisiōnis ab alijs. Nam antequam res essent alię à Deo, Deus ipse erat maximè vnus, & tamen nulla erat Dei à non Deo, siue ab alijs diuisio atque distinctio.

QVÆSTIO. 4.

*Vtrum in diuinis reperiatur multitudo?*



**D**e re proposita hæc vnica statuitur conclusio. In diuinis reperitur multitudo non quidem prædicamentalis, sed transcendentalis.

Priori particula ita fidem facimus. In numero prædicamentali tria cernuntur, quæ in Deum minimè cōpetunt, non igitur in Deo multitudo prædicamentalis reperitur. An-

tecedens ostenditur. Numero prædicamentali illud primum conuenit vt sit multitudo ex diuisiōne continui profecta, ex quo fit, vt in sola fundetur quantitate. Deinde illud conuenit, vt multitudo ipsa sit maior qualibet sua parte, quemadmodum & continuū excedit quālibet suam partem. Postremo, vt sit rerum diuisarum, & distinctarum aggregatio. Hæc vero tria in Deū minimè cadunt. Nam principio in Deo nulla reperitur quantitas, deinde omnes diuinæ personæ non sunt minus aliquid, quam quælibet. Postremo, in diuinis nulla cernitur diuersitas essentia, qua efficiatur vt vna persona non sit illud quod altera, ac proinde vna sit diuisa ab altera.

Posterior conclusionis pars hinc intelligitur: quoniam numerus transcendentalis accipitur pro multitudine aliquorū inter se distinctorum, at diuinæ personæ sunt inter se distinctæ, numero igitur eorū transcendentali continentur.

REFUTATIO CONCLUS.

**V**bi est maxima in distinctio, ibi nulla reperitur multitudo, nempe cum ratio multitudinis in distinctiōne siue diuisiōne cōsistat: At in Deo summa est indistinctio, nulla igitur multitudo, nullusq; numerus in Deo reperitur.

Adde, quia numerus ex vnitatibus conficitur, At in Deo non sunt multæ vnitates, sed vna summa vnitas: nō est igitur in Deo vlla multitudo.

DILVTIO ARGUMENT.

**A**d primū dicitur, in diuinis esse summā indistinctiōne in absolutis, & essentialibus: ac proinde in illis nulla reperitur multitudo saltem realis, est tamen in diuinis distinctio in relatis, ac proinde & multitudo realis realium relationum, per quas ipsæ inter se diuinæ personæ realiter distinguuntur.

Ad secundum dicitur, in diuinis esse vnā summā vnitatem absolutam, quæ est vnitas diuinæ essentia, in qua omnia vniuntur, & indistinguuntur, sunt tamen vnitates multæ relatæ, quæ sunt relationes diuinæ, quibus personæ ipsæ diuinæ inter se distinguuntur.

In diuinis nō est multitudo in absolutis, & essentialibus, sed in relatis & notionalibus.

In diuinis est vna summa vnitas absoluta.

Nomina priuantia voce, & re Deo minimè conueniunt, sed priuantia voce, sed nō re, quæ sunt nomina negatiua.

Numerus prædicamentalis non cadit in Deum, sed transcendentalis.

# DISTINCTIO

## VIGESSIMA SEXTA.

¶ Resolutio distinctionis xxvj.

**D**istinctione vigesima sexta de proprietatibus personarum suscipitur disputatio. Est ergo huius distinctionis prima conclusio, eaque praambula. Nomine hypostasis sine distinctione, aut explicatione minimè utendum est, in hoc siquidem nomine venenum sub melle latet: quatenus scilicet interdum pro usu, hoc est, essentia, interdum vero pro persona accipitur, ac proinde minus peritis, et incautis errandi occasionem praebet.

Secunda conclusio. Diuinarum personarum proprietates personales sunt tres, videlicet paternitas, filiatio, processio, siue generatio actiua, generatio passiuua, siue natiuitas, processio, quas easdem proprietates nomina personarum designant, nempe pater, filius, et spiritus sanctus.

Tertia conclusio. Non omnia quae de Deo dicuntur secundum substantiam dicuntur, sed quaedam secundum relationem dicuntur, nihil tamen ibi dicitur secundum accidens, utpote quia nihil in Deo mutabile sit, et amissibile.

Quarta conclusio. Tametsi in rebus creatis quidquid non dicitur secundum substantiam, secundum accidens continuo dicatur, non tamen in Deo. Est enim quod non secundum substantiam dicitur, non tamen secundum accidens, sed secundum relationem, quae tamen ipsa relatio non est in Deo accidens.

Quinta conclusio. Quamuis esse Dei filium, conueniat non solum Dei unigenito, verum etiam et homini, diuersa tamen

ratione id conuenit utrique. Namque homo factura filius Dei est, et adoptione, at Deus filius originis proprietate filius est et natiuitatis veritate. Etenim homines sunt, et non nascuntur filij Dei, at unigenitus Deus filius natus est filius, semperque fuit filius, unde et proprie filius est. Vtrumque ostenditur grauisima Hilarij autoritate.

Sexta conclusio. Quemadmodum esse filium non solum conuenit Dei filio, verum etiam et creaturae, ita etiam esse donum, conuenit non solum spiritui sancto, sed etiam alijs multis, quae sunt dona Dei, interest tamen, quia spiritus sanctus donum Dei est proprietate aeterna, et immutabili, caetera vero temporalia Dei dona sunt.

## ✠ QVAESTIO. I. ✠

Utrum in diuinis personis reperiatur constitutio?



**D**ISTINCTIO NE vigesima sexta agitur à Magistro de diuinarum personarum constitutiuis, & distinctiuis. Quo circa illud vocari in quaestionem initio consuevit: An ne in diuinis personis constitutio reperiatur, deinde comperto quod in diuinis personis constitutio reperiatur, exquiri consuevit, quales ne sint proprietates illae constituentes diuinas personas absolutae ne, an relatae?

Quod igitur ad priorem quaestionem attinet, pro ipsius explicatione haec unica ab omnibus recepta statuitur conclusio. In diuinis personis cernitur constitutio, idque secundum nostrum intelligendi modum. Prior conclusionis particula ostenditur in hunc modum. Diuinae personae non distinguuntur se totis, igitur in qualibet diuina persona duo

in s personis cernitur constitutio, non realis, sed rationis.

Q 2 reperiuntur



DISTINCTIONIS VIGESSIMAE SEXTAE

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

Diuinæ personæ nō distinguuntur se totis.

reperiuntur, quorum vnum est sibi commune cum alijs, alterū vero proprium, & distinctiuum, sed vbi hæc duo reperiuntur ibi est constitutio, est igitur in diuinis personis cōstitutio. Cōsecutio firma est, ostenditur antecedens. Quæ se totis distinguuntur, quolibet sui distinguuntur, alioqui se totis minimè distinguerentur, sed diuina persona non quolibet sui ab altera secernitur, namque essentia minimè distinguitur, diuina igitur persona se tota ab altera minimè distinguitur.

Secundo illud antecedens sic ostenditur. Quando aliqua duo ita inter se affecta sunt vt aliquid idem omnino, & indistinctum in vtroque reperiatur, & tamen aliquid in vno reperitur, quod idem in altero minimè cernitur, illa se totis minimè distinguuntur, Nam quæ se totis distinguuntur in nullo cōueniunt, sed quolibet sui distinguuntur, At diuinæ personæ sunt huiusmodi, etenim in personis diuinis est essentia omnino eadem & indistincta in omnibus personis, & in quavis persona reperitur aliquid, quod ipsum in altera minimè cernitur, effectiuum distinctionis vnius ab altera, diuinæ igitur personæ se totis minimè distinguuntur, sed vno consentiunt, altero vero distinguuntur, ex quo subinde cōsequitur vt in diuinis personis reperiatur constitutio. Consequitur præterea diuinas personas non esse primo diuersas, vt quæ in vno aliquo conueniant, in altero vero distinguantur. Iam autē primo diuersa illa dicuntur, quæ non vno aliquo conueniunt, & in altero differunt, sed quæ se totis distinguuntur.

Diuinæ personæ non sunt primo diuersæ. Primo diuersa quæ sunt.

Porro posterior conclusionis particula ex eo intelligitur, quoniam omnis constitutio requirit distinctionem cōstituentium, alioqui constitutio nulla esset, ea igitur quæ diuinam personam constituunt sint distincta necesse est, at non sunt distincta realiter, sunt igitur distincta ratione, at vbi constituenta distinguuntur ratione, tum inter se, tum à constituto, constitutio est secundum rationem duntaxat, diuinarū igitur personarum constitutio est secundum nostrum modum intelligendi solum.

DOctissimus Gregorius .i. d. 27. q. 1. nostram illam assertionem alioqui receptam minimè comprobauit, vt qui existimet in diuinis personis nullam omnino esse constitutionem, id vero his argumentis vult esse persuasum. Principio ita argumentatur. Diuina persona aliquo sui secernitur ab altera persona, aliquo vero non secernitur, igitur diuina persona est composita. Cōsecutio firma est, nam vbi est aliud, & aliud ibi est compositio, at cōsequens repugnat fidei, igitur & antecedens illud.

Præterea, simpliciter simplex à quocunque distinguitur, se ipso distinguitur, at persona diuina est simpliciter simplex, igitur à quocunque distinguitur se tota distinguitur. Minor ostenditur. Diuina essentia est simpliciter simplex, qua simplicitate efficitur vt se tota à quolibet distinguatur, at diuina persona est æquè simplex, atque essentia, diuina igitur persona est simpliciter simplex.

Ad hæc, si pater constitueretur ex aliqua proprietate cum essentia, illud esset, consequens, vt pater in diuinis esset quiddam principiatum, nempe cum omne constitutum sit principium rei constitutæ, at consequens est falsum: nam pater in diuinis est principium non de principio, igitur, etc.

Postremo, nullæ sunt proprietates constitutiua personarum, igitur in diuinis nulla est constitutio. Antecedens ostenditur. Namque illæ proprietates aut sunt entia in animo, aut extra animum, si in animo, igitur non constituunt diuinam personam quæ est summa res, si extra animū, vel sunt externæ ipsis personis, aut internæ, non externæ, quia alioqui aut subsisterent, aut inhærent, at non subsistunt, ita enim fieret vt essent personæ, essentque proinde sex personæ in diuinis, nempe tres personæ, & tres relatiuæ proprietates subsistentes, neque itidem inhærent, quandoquidem essentia diuina nulli formæ subest, sunt igitur illæ diuinis personis internæ, hoc est, in diuinis

Opinio Gregorij, omnino excludit constitutionem.

1. Ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

Confusio videntur.

Ad 1. Gregorij. In diuinis personis essentia relatio habent sicut ad, & ad, sed cur conueniunt per identitatem & principium.

Ad simpliciter simplex a quocunque distinguuntur se tota distinguuntur nisi in dat alio communi sibi cum alijs, & quid proprium.

illis personis intrinsece inclusa. Id quod tamen videtur esse factu impossibile. Namque pater generando filium, aut comunicavit illi eam entitatem, aut secus, si eam illi comunicavit, igitur pater illa entitate minime constituitur, utpote qui interuentu eiusdem minime distinguatur, si non communicavit, non igitur aeternus pater totam substantiam & entitatem comunicavit filio, contra quod tamen docet ecclesia extra de summa Trinitate, & fide catholica, quo loco tradit ecclesia patrem generando totam substantiam filio comunicasse, ac nihil ad substantiam pertinentens non comunicasse.

Ita his argumentis persuasus Gregorius non esse in diuinis putat aliquod constitutum per aliquod formale constitutum, sed omne quod ibi est, esse seipso formaliter, & non aliquo sui, idque transitivè loquendo. Accedit ad confirmationem illud vel maximè, quia haec verba constituens, constitutio, constitutum nullibi aut in literis sanctis usurpata, aut à patribus tradita reperiantur.

DILUTIO ARGUMENTI.

HAEC diluuntur omnia. Primum igitur Gregorij argumentum diluitur negata consecutione. Ad probationem vero dicitur, in diuina persona constituta non esse aliud, & aliud sed aliquid commune sibi cum alijs per identitatem, & aliquid proprium; illud tamen commune, & illud proprium non distinguuntur realiter: ac proinde neque se habent ut aliud, & aliud, neque efficiunt compositionem. Hoc tamen argumento illud solum obtinetur, diuinam personam aliqua includere, quae inter se modo aliquo distinguuntur.

Ad secundum dicitur, veram esse maiorem propositionem illam, cum simpliciter simplex non includit aliquid commune sibi cum alijs, & aliquid proprium sibi, cuiusmodi est essentia diuina, haec siquidem à quocunque distinguitur se tota distinguitur. Iam autem persona diuina est simpliciter simplex includens aliquid commune sibi cum alijs, & aliquid proprium: ac proinde, non se tota distinguitur, sed aliquo sui conuenit cum alijs & aliquo distinguitur. Non tamen illud iam

consequitur ut diuina persona non sit aequè simplex, atque essentia, aut non sit simpliciter simplex, quandoquidem illud proprium non ponit in numero cum essentia cum omnibus communi.

Ad tertium negatur sequela, Ad probationem vero dicitur constitutum alicuius, esse principium constituti in constitutione reali, secus in constitutione rationis, qualis est diuina constitutio. Etenim in diuinis reuera nihil est quod constituat, nihil quod constitutur cum omnia sint vna res simplicissima, & in diuinis quod & quo minime distinguantur, sed solum secundum nostrum concipiendi modum diuina essentia, & proprietates concipiuntur ut constituentes, persona vero ut constitutum, vnum tamen re ipsa est constituens, & ipsum constitutum.

Ad quartum respondetur relationem secundum esse transire in diuinam substantiam, ac proinde paternitatem esse patris substantiam, & de patris substantia, & ideo quidquid entitatis dicit, hoc ipsum habere filium: licet quoad illud in quo opponitur filio non sit aliquid communicatum.

Ad confirmationem porro dicitur, quod et si in sanctis literis, & in patrum scriptis illa verba formaliter minime reperiantur, virtualiter tamen reperiuntur: quatenus & personarum propria explicatur, & illud exponitur, in quo personae omnes conueniunt quod est diuina essentia: iam autem ubi est aliquid commune cum alijs, & aliquid proprium, sit ibi constitutio necesse est, saltem secundum rationem.

QVAESTIO. 2.

Vtrum personae diuinae constituentur proprietatibus relatiuis an potius absolutis?



Comperito igitur quod in diuinis personis sit constitutio illud iam ad inuestigandum restat, sint ne illae proprietates constitutivae relatae, an potius absolutae? Communis sententia est,

Quae sunt diuinas

lud tamen proprium superadditum communi non derogat diuinae simplicitati, quia non ponit in numero cum illo communi.

Ad 3. Constitutus est principium constituti in sola constitutione reali. In constitutione vero secundum rationem non item, sed constitutus & constitutum sunt vnum, & idem.

Ad 4. Quidam entitatis dicitur pateritas hoc ipsum habet filius, & est ei per generationem communicatum. Haec verba, constitutio, constitutum, quod attinet ad diuinas personas, in sanctis patribus non inueniuntur formaliter, sed virtualiter.

pinio gregorij, nino ludic istitu- nem.

ratio.

ratio.

Confirmatio uehementissima.

Ad 1. Gregorij. In diuina persona essentia & relatio non habent se sicut aliud, & aliud, sed sicut commune cum alijs per identitatem & proprium.

Ad 2. simpliciter simplex a quo cunq; distinguitur se toto distinguitur, nisi includat aliquid commune sibi cum alijs, & aliquid proprium, ill-

Personae divinae constitutae proprietatibus relatiuis. Tho. nas.

diuinas personas constitui proprietatibus relatiuis, cui rei varie fide faciunt theologi. D. Tho. 1. d. 26. q. 2. in hanc sententiam sic argumentatur. Omnis distinctio aut ex quantitate, aut ex forma ortum habet, in diuinis personis nulla cernitur quantitas, omnis ergo ibi distinctio ex forma proficiscatur necesse est. Iam omnis formalis distinctio rerum, quae conuenire in vno supposito minime possunt, includit oppositionem, ex quo efficitur, vt formaliter distinguenda in diuinis oppositionem contineant, at nullum oppositionis genus in diuinis reperiri potest, nisi relatiuum, diuinæ igitur personæ distinguuntur proprietatibus relatiuis.

Egidius. Egidius in hunc modum argumentatur, 1. d. 26. q. 2. Omnis rei cuiusque distinctio aliquo perficitur, quod est proprium, & incommunicabile, at in diuinis essentia, & omnino absolutum omne est commune, & communicabile, non perficitur igitur diuinarum personarum distinctio interuentu essentia, aut alicuius absoluti, igitur interuentu relationis. Consecutio patet, siquidem in diuinis præter essentiam, & absolutum, nihil sit aliud nisi relatio.

Durandus. Durandus eadem ferè vtitur argumentandi ratione. Nam in diuinis, inquit, nihil est aliud, quam essentia & relatio: at diuinæ personæ per essentiam minime distinguuntur, distinguuntur igitur per relationes. 1. d. 26. q. 1.

scotus. Scotus. 1. d. 26. q. 2. sic argumentatur. Absolutum additum absoluto efficit compositionem, id quod tamen non accidit in relationibus, siquidem relatio nihil addit supra suum fundamentum, diuinæ igitur personæ cum sint simplicissimæ constituuntur relationibus. Præterea, relationes sunt in diuinis, id quod diuinarum literarum authoritate confirmat Mat. ultimo, diuinis illas suspiciendasque personas relatiuis nominibus exprimentium: aut igitur relationes illæ sunt formalia principia primo personas constituentia, aut secus, si sic, effectum est propositum, si secus: sunt igitur relationes in diuinis aduentitiæ & externæ, suntque entia rationis. Etenim relatio Dei ad creaturam ob id est re-

latio rationis, quia præponit esse personale, & perfectum, non dependens à creatura, neque ipsam coexigens ad esse personale.

## REFUTATIO CONCLUS.

Ab hac conclusione dissentiunt, cum illi qui absolutis proprietatibus diuinis personas constitui affirmant, tum illi qui modis eas constituunt absolutis.

Linconiensis igitur, vt est apud Alfonso 1. d. 26. diuinis personas absolutis proprietatibus constitutas esse voluit, his argumentis persuasus. Perfectissimorum constitutorum sunt perfectissima constituentia, at diuina supposita sunt perfectissima, & constitutiua absoluta sunt perfectiora, quam relatiua, igitur diuinæ personæ absolutis proprietatibus constituuntur.

Præterea, formale constitutum alicuius non est extra genus eius rei, quam constituit, nullum enim suppositum ponitur in aliquo genere, in quo eodem non reponatur formale constitutum illius: sed diuinæ personæ ad genus pertinent substantia, igitur formalia illarum constitutiua substantialia, hoc est, ad genus substantiaæ attinentia sint necesse est, non sunt igitur relatiua.

Scotus tamen si communem de constitutiuis diuinarum personarum sententiam comprobauerit: superiore tamen illam Linconiensis defendi posse putat citra vllum fidei incommodum. Ac pro illa sententia argumentatur authoritate, & ratione. Authoritas quidem est scriptura. Prouerb. 30. quo loco sapiens nomen Dei exquirens sic ait. Quod est nomen eius, & nomen filij eius, si nosti? Ex hoc ergo testimonio sic ducit argumentum Scotus: Omnis quæstio certum aliquid supponit, & debium aliud exquirat, veluti cum queritur, deficiat ne luna? supponitur esse lunam, & adducitur in quæstionem, sentiat ne luna deliquit? At sapiens querit quod nam est nomen filij Dei, supponit igitur esse filium Dei, & exquirat quod nam sit nomen ipsius proprium, & peculiare. Videtur igitur sapiens vir ille sentire filium Dei inesse personali non constitui proprietate

Linconie  
sis diuin  
nas perso  
nas abso  
lutis pro  
prietati  
bus vult  
esse con  
stitutas.

scotus in  
eam sente  
tiam incli  
nat.

Ve  
qui  
uin  
ris  
liter  
pres  
con  
dun  
etia  
qui  
non  
tine  
no e  
ganc

prietate relatiua, sed aliqua alia priori, alio-  
qui vnū & idem supponeret, & exquireret.

Ac ratione ita pugnat Scotus. Illa opinio  
probabiliter defendi potest, quæ neque sa-  
cris literis, neq; ecclesiæ definitionibus, neq;  
denique orthodoxorum patrum sententijs  
repugnat, at opinio dicens diuinās perso-  
nas cōstitui proprietatibus absolutis est hu-  
iusmodi, potest igitur probabiliter sustine-  
ri. Minor ostenditur. Hæc opinio concedit,  
quidquid diuinis literis proditum, aut ab ec-  
clesiā definitum, aut à patribus, quorū sum-  
ma est in tractandis diuinis rebus autori-  
tas, traditum est. Concedit enim tres per-  
sonas congrue ex primi nominibus relatiuis  
patris, filij, & spiritus sancti. Concedit ibi  
esse relationes originis, à quo alius, & qui ab  
alio, & qui ab utroque, & fatetur patrem es-  
se gignentem, & innascibilem, filium geni-  
tum, & spiritum sanctum procedentē. Quæ  
omnia & diuinis literis tradita, & ab ecclē-  
sia declarata, & à sanctis patribus explana-  
ta sunt, igitur, etcæt.

Accedit, quia licet sit firmiter pro vero ha-  
bendū quod est sanctis literis expresse pa-  
tefactum, & traditum, non tamen est ne-  
gandum quod ibi non est traditum, quia lo-  
cus ab autoritate negatiuè non suppedi-  
tat firmum argumentum. Adde, quia multa  
opera fecit Iesus, quæ non sunt scripta in li-  
bro hoc, vt dicitur Ioan. vltimo, ex quo li-  
cet intelligi multa etiā docuisse Iesum quæ  
non sunt euangelicis literis mandata.

Iam quod ad ecclesiæ definitiones attinet,  
nullibi ab ecclesiā decretum legimus diui-  
nas personas solis proprietatibus relatiuis  
constitui, & nullo modo absolutis, id quod  
facile intelligitur ex symbolis ab ecclesiā  
editis, itē ex ecclesiæ decretis extra de sum-  
ma Trinitate & fide catholica cap. Firmi-  
ter, & cap. Damnamus, item lib. 6. cap. Fi-  
deli. Ex quo illud perspicitur non pugnare  
cum ecclesiæ decretis dicere, diuinās perso-  
nas constitui proprietatibus absolutis.

Argumentatur etiam Scotus in eandem  
sententiam hoc pacto. Omnis relatio sup-  
ponit aliquid quod primo illa relatione re-

fertur, namq; Augustino authore .7. de Tri-  
nitate libro, omne relatiuum est aliquid ex-  
cepta relatione, at paternitas in diuinis est  
relatio cuius interuentu aliquid refertur, ip-  
sigitur aliquid præponitur quod interuen-  
tu illius referatur, illud igitur præpositum  
sit oportet aut essentia, aut suppositum rea-  
liter distinctum à termino, non est essen-  
tia, siquidem essentia minimè referatur, est  
igitur suppositum, sequitur igitur supposi-  
tum diuinum prius esse constitutum quam  
referatur.

Accedit ad confirmationem, quia omne  
relatiuum constat ex absoluto de materiali,  
& ex relatione informante de formali, at il-  
lud absolutum in diuinis non est essentia:  
est igitur suppositum, ac proinde suppositū  
diuinum prius est absolutum, & ad se, quam  
ad aliud.

Pro eadem sententia argumentatur Sco-  
tus diluens argumēta, quibus opposita sen-  
tentia ostenditur, simulque explanans scri-  
pturæ, & sanctorum, quæ huic sententiæ vi-  
dentur repugnare, testimonia. Hæc Scotus.

Alijs visum est, diuinās personas consti-  
tui modis quibusdam absolutis, in qua sen-  
tentia fuit Iacobus Viterbiensis noster, quod  
lib. 3. q. 7. art. 4. Quam eandem sententiam  
his rationibus vult esse persuasam.

Opposita in eodem simul, ac secundum  
idem fundari nō possunt, at in diuinis sunt  
relationes oppositæ, igitur in eodem simul,  
in essentia videlicet diuina, & secundum  
idem fundari minimè possunt, fundantur  
igitur secundum distinctos modos absolu-  
tos præsuppositos relationibus.

Præterea, habitudo semper est distincto-  
rum, namque distinctio præintelligitur ha-  
bitudini, sed omnis relatio dicit habitudinē  
eidem igitur distinctio præponitur, ex quo  
fit vt distinctio oppositionis relatiuæ, præ-  
exigat aliam in fundamento.

Postremo, in relatione reali requiritur  
distinctio fundamenti iuxta communem  
opinionem, At diuinæ relationes sunt rea-  
les, habent igitur distinctionem in funda-  
mento, sed diuina essentia est fundamentū

Omne re-  
latiuū est  
aliquid ex-  
cepta rela-  
tione, apud  
Aug. 7. de  
Tri. cap. 2

Opinio  
constitu-  
ens diui-  
nas perso-  
nas mo-  
dis abso-  
lutis.

## DISTINCTIONIS VIGESSIMAE SEXTAE

Omniū relationum diuinarum, sequitur igitur in diuina essentia esse aliquam diuersitatem, quæ esse non potest nisi per modos aliquos absolutos per quos fundat relationes reales. Hosce porro modos personales aiunt non dicere perfectionem simpliciter, quemadmodum modi attributales: sed esse modos, inquit, habendi eandem perfectionem simpliciter. Namque perfectio simpliciter omnis quæ cernitur in patre, eadem in filio, & in spiritu sancto spectatur: non tamen sub eodem modo habetur. Namque à patre habetur naturaliter, à filio intellectualiter, à spiritu sancto amabiliter.

### DILVTIO ARGUMENT.

**O**Mnino sic habendum est, diuinas illas, suspiciendasque personas in esse personali constitui proprietatibus relatiuis: neque esse villo modo aut probabilem, aut defensibilem eam sententiã, quæ absolutis eas proprietatibus, aut modis absolutis constituit, utpote quia hæc sententia neque cū literis sanctis, neque cum ecclesiæ decretis, neque cum patrū sententijs villo modo congruat. Principio non congruit cum literis sanctis, quandoquidem in diuinis literis diuinæ personæ nominibus relatiuis vbi que exprimentur. Ex quo fit multo esse magis diuinis literis consentaneam proprietatibus eas relatiuis constitui, & distingui, quam absolutis.

Quæuis autem diuinæ literæ nullibi tradiderint diuinas personas distingui solis proprietatibus relatiuis, aperte tamen ex eo colligitur, quia semper nominibus respectiuis exprimentur. Vnde non solum est illud pro vero habendum, quod diuinis literis exprimitur, verū etiam & illud, quod ex eo, quod exprimitur, quodque aperte traditur, perspicitur, atque colligitur.

Quod vero attinet ad matris ecclesiæ sententias, hoc ipsum (quod ad hanc rem pertinet) de illis sentiendum esse putamus, quod de diuinis literis sentiendum esse duximus. Nam cum in ecclesiæ decretis diuinæ personæ nullis alijs nominibus, quam relatiuis

nominentur, & relationibus originis vbi que distinguantur, sequitur esse ecclesiæ definitionibus magis consentaneum diuinas personas relatiuis proprietatibus constitui, quam absolutis.

Iam patres distinctiua in relatis semper, in absolutis vero nunquam ponunt. Augustinus. 5. de Trinitate libro de diuinarum personarum inter se consensione, & distinctione differens, sic ait. Illud præcipue teneamus, quidquid ad se dicitur præstantissima illa, & diuina sublimitas, substantialiter dici. Quod autem ad aliquid, non substantialiter, sed relatiue, tantamque vim esse eiusdem substantiæ in patre, & filio, & spiritu sancto, ut quidquid de singulis ad seipsum dicitur, hoc est absolute, non pluraliter in summa, sed singulariter accipiatur. Quibus verbis aperte docet Augustinus diuinas personas relationibus distingui, vsque adeo ut quidquid absolute dicitur in diuinis sit essenziale, & commune cum tribus personis: & in singulari numero de ipsis prædicabile.

Boëtius in eo, quem de sacrosancta Trinitate scripsit libro, sic ait. Pater & filius ad aliquid dicuntur, nihilque differunt nisi sola relatione. Item relatio multiplicat Trinitatem, substantia continet vnitatem.

Ioannes Damascenus .i. de fide orthodoxa libro cap. 10. in eandem sententiam sic loquitur. Omnibus inter se conueniunt, vnusque sunt pater & filius, & spiritus sanctus præterquam innacibilitate, generatione, & processione. Vnum siquidem Deum agnoscimus, in quo distinctionem, & differentiam interuentu proprietatum duntaxat paternitatis .s. filiationis, & processione, & omnino originis tam actiue, quam passiue intelligimus. Quibus verbis apertissime significat Damascenus diuinas personas solis relationibus distingui, siue significantur per modum proprietatum, siue per modum originum.

Anselmus vniuersam personarum distinctionem conferendam putat in oppositione relatiuam: eo, quem de processione spiritus sancti scripsit libro. Ita enim ait. In diuinis est

Modi personales in diuinis non dicuntur perfectionem simpliciter, sed sunt modi habendi eandem simpliciter perfectionem.

Opiniō dicens diuinas personas aut proprietatibus absolutis aut modis absolutis constitui, nullo modo est defensibilis. Non congruit cum literis sanctis.

Non congruit cum decretis ecclesiæ.

Non congruit cum patrū sententijs. Augusti.

Boetius.

Damasco.

Anselmus

Gregorius theolo

Ad 1. conier

illa positā fieriū proprietatibus autis, rum nis pe etio c fuit i in quo ferunt e illa rum p etio v uersa fuit i in quo uenit Ad

In d nis l relati cund le tra in esse

est vnitas, vbi nō obstat relationis oppositio.

Gregori<sup>9</sup>  
theolog<sup>9</sup>

Gregorius theologus in tractatu diuinarū personarum, posteriore de filio disputatione, sic ait. Hac igitur sunt diuinitatis nomina cōmunia. Ac propriū quidem innascibilis nomen pater est, geniti vero filius, innascibiliter vero procedētis, spiritus sanct<sup>9</sup>. Hac Gregorius. lam ergo ita licet argumētari. Nomen propriū sumitur ex proprietate rei constitutiua, at, de sentētia Gregorij, pater est nomen propriū personæ ingenitæ, filius personæ genitæ, spiritus S. personæ procedentis, relinquatur igitur paternitatē, filiationem & processionem esse proprietates personarum constitutiuas, & distinctiuas.

Ex his omnibus intelligi licet Linconiensis & Scoti sententiam diuinas personas absolutis proprietatibus constituentium, non congruere cum literis sanctis, neque cum ecclesiæ decretis, neque cum sanctorum patrum sententijs. Ac proinde esse periculosam, & nullo modo defensibilem.

Ad 1. Linconiensis.

Superest vt argumenta diluamus. Ad primum igitur Linconiensis dicitur, veram esse maiorem propositionē in suppositis perfectissimis, quorum perfectio vniuersa in eo in quo differunt, & distinguuntur, consistit, secus in suppositis, quorū perfectio vniuersa in eo posita est, in quo conueniunt, atq; consentiunt, iam autem diuinorum suppositorū perfectissimorum perfectio vniuersa posita est in eo, in quo maximē conueniunt, atque consentiunt, nempe in diuinæ essentiæ perfectione, non itidem in eo per quod inter se distinguuntur, non constituuntur igitur absolutis, sed relatiuis proprietatibus.

Illā supposita cōstitiuntur proprietasibus absolutis, quorum omnis perfectio consistit in eo in quodiferunt, se illa quorum perfectio vniuersa consistit in eo in quo cōueniunt.

Ad 2.

Ad secundum dicitur, suppositum esse substantiale vel interuentu eius quo cum alijs conuenit, vel interuentu eius, quo ab alijs seceruitur. Suppositum substantiale hoc posteriori modo constitutum habet substantiale, hoc est, generis eiusdem, suppositum vero substantiale priori modo, non item.

In diuinis licet relatio secundū esse transeat in essentiā

Iam suppositum diuinū est substantiale interuentu essentiæ, qua cum alijs conuenit, non autem interuentu proprietatis, qua ab alijs seceruitur. Nam relatio quamuis se-

cundum esse transeat in essentiā: non tamen secundum rationē formalem. Et ideo duo tantum genera diuinis rebus attribuuntur .s. substantia, & relatio.

Porro Scoti argumentum illud primum sumptum ex Solomonis autoritate pro verb. 30. sic diluitur, vt dicatur, Solomonem illis verbis nullas voluisse diuinarum personarū proprietates constitutiuas, siue absolutas, siue relatiuas significare: sed id solū significatum esse voluisse, nomen Dei, & filij Dei esse ineffabile, nempe quia res significata per nomen excellentius Deo conueniat quā aut mente percipi, aut verbis explicari possit.

Ad secundū dicitur hanc sententiā pugna re cū sanctis literis, patrū sententijs, ecclesiæ sanctionibus, ac proinde nullo modo posse defendi.

Addimus etiā, hanc Scoti opinionē derogare diuinæ cū perfectioni, tum simplicitati: diuinæ quidē perfectiōi, quoniā illud cōstitutiuū si est absolutū, dicit perfectionē simpliciter: cumq; sit propriū, & incōmunicabile, aliqua perfectio simpliciter esset in vna persona, quæ in altera minimē reperiretur, et ita diuinæ personæ nō essent æquē perfectæ. Detrahit autē diuinæ simplicitati, quoniā absolutū additū absoluto efficit cōpositionē.

Ad tertium respondetur, duplicē esse relationem, vnam constituentē, & alterā aduentitiā. Relationi igitur aduentitiæ aliquid præponitur, quod interuentu illius relationis refertur, illud .s. in quo est relatio tanquam in subiecto, quod est suppositū absolutum, at relationi quippiā constituenti in esse supposituali, non item, iam autem diuinū suppositum refertur relatione ipsius in esse personali constitutiua, quo efficitur vt illi relationi minimē præponatur, sed simul ac illa relatio est, ipsum etiam sit. Cum vero dicitur ab Augustino relatiuum esse aliquid excepta relatione, hoc significatur, esse in relatiuo dandum aliquid absolutum, fundans ipsam relationem, quod ipsum in Deo est ipsa diuina essentia, in qua fundantur relationes originis.

nō tamen secundum rationem formalem. Et ideo duo tantū genera diuinis attribuitur. .s. substantia & relatio. Ad 1. Scoti.

vide hanc opio ad Radam. con. 123. fol. 316. 1. p. 9. controuersia ubi offerit hanc sententiam Joany de Ripa cū errorum prima. Ad 2.

Constitutiuum absolutū de rogat diuinæ perfectioni, & diuinæ simplicitati.

Ad 3. Relatio duplex, vna aduentitiā, altera constitutiua in esse personali.

Notan.

## DISTINCTIONIS XXVI.

Notandum relationē esse cum in supposito, tum in fundamento, alio tamen & alio modo, nam est in supposito tanquā in subiecto, in fundamento vero tanquā in radice. Ex quo efficitur vt suppositū interuentu relationis referatur, fundamentū vero minimē.

Ad 4.  
Relatiuū constat ex absoluto tanquam ex fundamento, & ex relatione informantē, nō ipsum fundamentū, sed ipsum suppositū in quo inest.

Ad quartum dicitur, omne relatiuum cōstare ex absoluto tanquam ex fundamento, cuius interuentu relatio inest in supposito, & ex relatione informantē ipsum suppositum, non ipsum fundamentū. Nam relatio est pars formalis, vel vt pars formalis totius. Dicimus quasi pars formalis, quoniā relatio in diuinis non subit rationem partis, cum sit aliquid in distinctum cum à toto, tum ab essentia. Hactamen de re alibi accurati⁹ differemus, iā reliqua persequamur.

Ad 1. Viterbiensis

Porro ad argumenta Viterbiensis volentis diuinas personas constitui modis absolutis, haud difficilē est respondere. Ad primum igitur dicitur in eodem finito non posse opposita immediatē fundari, secus in re infinita. Etenim diuina essentia propter sui infinitatem potest fundare oppositas relationes. Nam cum propter sui infinitatem eadem, & indistincta sit in distinctis personis, efficitur, vt possit quoque distinctas & oppositas fundare relationes.

In eodem infinito possunt fundari oppositæ relationes.

Ad 2.

Ad secundum respondetur, habitudinem semper esse distinctorū, cum fundamentum habitudinis est aliquid finitum. Nam distinctæ relationes distincta quoque postulant fundamenta. Im vero habitudo realis in diuinis habet infinitū, & illimitatū fundamentum, ex quo fit vt nō supponat distinctionē in fundamento, sed constituat distincta in eodem simplici, atq; indistincto fundamentō

Ad 3.  
Fundamētum diuinarum relationum propter sui infinitatē non est distinctum sub vtroque extremo.

Ad tertium negatur maior in toto genere relationū. Nam id vt verum sit in relationibus creatis, non tamen in diuinis. Nam fundamentum relationum creatarum propter sui limitationem est distinctum sub vtroq; extremo, at fundamentum relationū diuinarum propter sui infinitatem, minimē.

Sed pro Iacobo ita argumentor. Vbi est vnum & idem fundamentū est vna & eadē relatio, at in diuinis est vnum & idem fun-

damentum, igitur vna, & eadem relatio. Ita diuina essentia quemadmodum vt in filio fundat relationem filiationis, sic etiā fundabit relationem processionsis, vel certē essetia vt in filio aliquid habet præterea, quod ipsum non habet, vt in spiritu sancto, quo fit vt eadem vt in filio fundet relationē filiationis, non itidem vt in spiritu sancto.

Respondetur maiorem propositionē esse veram cum fundamentum est limitatum. Vbicūq; enim reperitur semper fundat eandem relationem, secus si sit illimitatum, sic enim vnum & idem existens potest fundare oppositas relationes. Soluitur etiam argumentū hoc pacto, vt dicatur maiorē esse veram de fundamentō proximo: & tunc minor est falsa. Nam essentia est fundamentū remotum. Proxima autē fundamenta in diuinis sunt diuersa in diuersis personis. Namq; in patre, genuisse est fundamentū paternitatis, in filio genitū esse, est fundamentū filiationis, in spiritu sancto vero processisse, est fundamentū processionsis. Quæ fundamenta sunt diuersa, & sui diuersitate fundāt diuersas relationes.

### ✠ QVÆSTIO. 3. ✠

*Vtrum relationes diuinae constituent personas per modum proprietatum, an per modum originum?*

**R**Xpositū est in diuinis personis reperiri cōstitutionem aliquam, quæ tamen ipsarum simplicitati minimē repugnet, vt quæ perficiatur proprietatibus relatiuis, non absolutis. Cæterum quoniā relationes constituentes ac distinguētes diuinas personas sunt relationes consequētes actus originis, dubitari cōsuevit, quibusnam primo distinguantur diuinæ personæ ipsis ne actionibus originis, an potius relationibus consequentibus.

Diuo Bonauenturæ, i. d. 26. q. 3. visum est diuinas personas primo distingui per origines, non per relationes, id quod ostenditur autoritate, & ratione. Autoritas est

Augusti-

D. Thom. opinio.

D. Bon. uetera opinio.

Augustini in libro de fide ad Petrum ita dicentis. Quia aliud est genuisse, quam natum esse: & aliud natum esse, quam processisse, manifestum est quoniam aliud est pater, aliud est filius, aliud spiritus sanctus: aperte D. Augustinus dicit diuinas personas distingui interuentu originum. Porro ratione illud ipsum sic ostendit. Relationes sequuntur sua fundamenta, sed diuinae relationes fundantur super origines, eo enim diuinus pater est pater quia generat: & eo filius in diuinis est filius, quia genitus est: ergo distinctio relationum sequitur distinctionem originum, ac proinde diuinae personae intelliguntur distinctae prius per origines, quam per relationes, siue proprietates.

Alij in eandem sententiam sic argumentantur, quando aliqua multa in eodem supposito inueniuntur ordine quodam, & per aliquod illorum constituitur, semper constituitur, & distinguitur per id quod est prius, atqui in diuino supposito inueniuntur origo & relatio ordine quodam, & origo antecedit relationem, sequitur ut per originem constituitur, & distinguitur, & non per relationem.

D. Thom. opinio.

Ceterum D. Tho. 1. p. q. 40. art. 2. contra visum est. Existimat enim diuinas personas distingui per relationes ut proprietates, non autem per relationes ut origines. Etenim origo, & relatio in diuinis non differunt secundum rem, sed secundum modum significandi solum. Nam origo significatur per modum actus, hoc est, per modum exeuntis, ut generatio, relatio vero significatur per modum formae, & per modum dantis esse formaliter, id quod verum est non de relatione quatenus est relatio, sed de relatione quatenus est res, sic enim habet quod insit per modum formae dantis esse.

Diuinas igitur personas non constitui ac distingui primo per origines his argumentis D. Thomas voluit esse persuasum. Distinctio inter aliqua fit per aliquid, quod est intrinsecum utriusque, id quod cernitur in rebus creatis, in quibus omnis distinctio fit per materiam, aut per formam, quae ipsa sunt rebus intrinseca, atqui origo secundum modum

significandi non est aliquid intrinsecum. Significatur enim ut via in re, vel ad rem, origo siquidem actiua significatur ut progrediens a generante, passiuua vero ceu via ad rem genitam, non igitur distinctio inter aliqua primo fieri potest per originem.

Secundo sic argumentatur. Omne distinctiuum in diuinis est etiam constitutiuum, ac constituere repugnat origini, igitur origo in diuinis non est distinctiua personae. Maioris probatio. In diuinis non sic fit distinctio quasi aliquid praexistens in multis diuidatur, nam diuina essentia praexistens in diuinis personis manet indiuisa, sed fit distinctio rei non praexistentis, ac proinde fit distinctio cum constitutione distincti, ex quo efficitur subinde, ut distinctiuum in diuinis simul sit constitutiuum. Minor propositio hinc intelligitur. Namque origo aut est actiua, aut passiuua, origo actiua praesupponit suppositum constitutum, origo vero passiuua antecedit suppositi constitutionem, illa siquidem significatur ut progrediens a supposito: haec vero ut via ad suppositum, & nondum ipsum constituens.

Iam diuinas personas distingui per relationes ut proprietates, ex superioribus rationibus relinquitur manifestum, nam cum in diuinis praeter communem essentiam nihil sit aliud, quam relatio & origo, non distinguuntur autem diuinae personae primo per origines, distinguuntur igitur primo per relationes.

Adde, quia diuinis relationibus non repugnat constituere, utpote quia sint intrinsecae, & immanentes. Relatio enim diuina est ipsa met diuina persona subsistens.

Doctissimus Egid. 1. d. 26. q. 2. utramque opinionem conciliat in hunc modum. Diuinae personae constituuntur, & distinguuntur primo per origines, tanquam per principia prima effectiua distinctionis, origines enim primo efficiunt distinctionem realem in diuinis. At primo distinguuntur per relationes tanquam per principia formalia distinctiua. Effectiue ergo origines primo distinguunt, formaliter vero relationes. Haec nobis conciliatio vehementer probatur.

In diuinis fit distinctio non praexistentis, sed cum constitutione distincti. Et ideo omne distinctiuum est simul constitutiuum.

Egidij opinio concilians.

Diuinae personae per origines primo distinguuntur effectiue per relationes vero primo formaliter.



✠ QVÆSTIO. 4. ✠

*Cum igitur diuinae personae formaliter distinguantur, et constituentur relationibus, subinde quæri consuevit.*

*Vtrum diuinae relationes constituent diuinas personas sub ratione relativa, an potius absoluta?*

Opinio  
Caietani.  
Constitu-  
ens diui-  
nas perso-  
nas relati-  
onibus pro-  
ut sunt re-  
lationes.



Vnt qui dicant diuinas relationes cōstituere, ac distiguere personas sub ratione respectiua formaliter. Id vero his rationibus esse volūt persua-

sum. Diuina persona est formaliter relativa, identice vero est essētia diuina, igitur constitutum diuinæ personæ est formaliter relatum, includens essentiam, non quidē interne, sed externe, & vt connotatam.

Secundo sic argumētantur. Paternitas cōstituit patrē, igitur aut cōstituit sub expressa ratiōe patris, aut sub alia, si subspeciali ratiōe paternitatis, sub ratione igitur relativa cōstituit, & vt relatio, si sub alia, igitur cōstituere & distinguere diuinā personā, non est actio diuinæ relationis prout distinguitur ab essentia, & origine: cōtra quod dicit Tho. i. p. q. 40. art. 2. asserētis cōstituere, & distinguere esse actionē diuinæ relationis, prout secernitur ab essētia, & origine. Ex quibus verbis colligit Caiet. i. p. q. 40. art. 4. diuinas ratiōes cōstituere, ac distinguere diuinas personas sub ratione respectiua. Sola enim ratiōe respectiua ab essētia, & origine distinguuntur.

Relatio  
vt relatio  
accipitur  
duobus  
modis, v-  
no modo  
in actu ex-  
ercito, al-  
tero mo-  
do in actu  
signato.

Cum vero cōtra obijcitur, relatio vt relatio cōsequitur actionē, actio vero proficiscitur à persona constituta, igitur relatio vt relatio non constituit personā: respondet doctissimus Caietanus relationē prout relatio est, posse duobus modis considerari, vno modo prout exercita est, id est prout exercet actū referendi, altero modo vt concepta, hoc est, in actu signato, siue in habitu. Priori modo relatio cōsequitur actū, & constituit personā in esse relatio formaliter relatiuè exercito:

posteriori vero modo antecedit actū, & cōstituit diuinā personā in esse relatio formaliter hypostatico, non tñ relatiuè exercito.

Neq; obstat, inquit, Caietanus, huic sentētiæ distinctio illa Tho. i. p. q. 40. art. 4. qua distinguitur relatio in relationē prout est relatio, & in relationē prout est forma hypostatica. Nam relatio prout est forma hypostatica non distinguitur cōtra relationē formaliter, sed contra relationē relatiuè exercitam: quæ à D. Tho. appellatur relatio vt relatio.

Hæc sententia minimè probatur alijs D. Thomæ studiosis, tum, quia pugnet apertè cum sentētia D. Tho. tum, quia apertā contineat repugnantiam. Ac pugnare cum sentētia D. Tho. ex eo intelligitur, quia hæc sentētia dicit relationē prout relatio est diuinā personā cōstituere, at D. Thomas illud ipsum negat. Ait enim relationem qua relatio est, diuinam personam minimè cōstituere, sic enim relatio consequitur actionem, quæ ipsa supponit personam cōstitutam.

Implicitā vero repugnantiam continere ex eo perspicitur, quoniā formā exercere circa aliquid suū actū est nihil aliud, quā dare illi effectū suum formale. Nam albedinē exercere actū suū circa parietē est nihil aliud, quā tribuere illi esse albū, quod est effectus formalis albedinis: sed effectus formalis ratiōis in quantū relatio, est aliquid cōstituere in esse relatiuè, & ipsū relatiuè distinguere, igitur relatio hoc ipsū efficiēs in aliquo exercet circa illud actū suū: videtur igitur implicare contradictionem, dicere relationem constituisse in esse relatio formaliter, non tamen relatiuè exercito.

Quocirca Ferrariensis in ea est sentētia vt dicat relationē cōstituere diuinam personam sub ratione absoluta, non respectiua. Id vero hoc argumēto vult esse persuasum. Quem ordinē res habent inter se cum realiter distinguuntur, eundem omnino habēt cum ratione solū distinguuntur, qui ordo nō est realis, sed in intellectu solum, & ratione consistens, at in rebus creatis pater prius est suppositum quam generet, aut à filio relatiuè distinguatur, igitur & in diuinis, in quibus

Confuta-  
tio opini-  
onis Cai-  
tani.

Respon-  
sio pro Cai-  
tano.

Maior est  
vera infor-  
mis abso-  
lutis, in  
quibus et  
se forma-  
le non ac-  
cipitur vt  
conceptū,  
& vt exer-  
citur, sed  
vt exerci-  
tum solū.  
Ad mino-  
rem vero  
dicitur, ef-  
fectū for-  
malem re-  
lationis  
quā huius-  
modi, es-  
se consti-  
tuere ali-  
quid in es-  
se relatiuè  
vt concep-  
to, & habi-  
tuali non  
aut relati-  
uè exerci-  
to.

4. contra  
Gét. c. 26.  
Ferrari-  
ensis opinio  
affirman-  
tiones  
diuinas  
constitue-  
re diuinas  
personas  
sub ratio-  
ne abso-  
luta.

Autho-  
senten-  
eadem  
tamen  
dem f-  
damer-  
nixa.  
Relati-  
duplex  
tio,  
trans-  
dentia  
quæ c-  
sistit i-  
se, in,  
ra spe-  
lis, qu-  
sistit i-  
se, ad,  
conue-  
relatio  
in qua  
est acc-  
dens, l-  
vero i-  
quant-  
relatio

in quibus persona generans, & generatio sola ratione distinguuntur, prius secundum rationem id quod est generans est suppositum, quam generet, & a re genita relatiue distinguatur. In illo igitur priori, quo pater concipitur vt antecedens generatione, & constitutus in esse hypostatico, apprehenditur vt absolutum quiddam, hoc est, vt substantia per se subsistens, a se indiuisa, & incommunicabilis, in quo conceptu nulla relatio ad filium includitur. Diuina igitur relatio constituit personam sub ratione absoluta, non respectiua. Nam in illo priori quo relatio intelligitur constituere, & actum antecedere, apprehenditur sub conceptu absoluto, hoc est, sub ratione formae, incommunicabilis, ac subsistentis.

Capraolus. i. d. 26. in eadem est sententia. Etenim vt D. Thomas author est, de potentia. q. 2. art. 3. ad 7. Relatio constituit diuinam personam, secundum esse diuinæ essentiae, at esse diuinæ essentiae est absolutum, diuina igitur relatio sub ratione absoluta constituit diuinam personam.

Nobis placet eadem sententia, quamuis non eodem, quo illi argumento adducamur. Hec igitur de re proposita statuatur conclusio  
Diuinæ relationes constituunt personas sub ratione absoluta, distinguunt vero easdem sub ratione respectiua. Pro quo notandum, in relatione duplicem reperiri rationem, vnam quæ consistit in esse in, quæ ei conuenit in quantum accidens, alteram, quæ consistit in esse, ad, quæ ei conuenit in quantum relatio. Illa ratio dicitur transcendentalis, hæc specialis.

Iam ergo pro conclusione ita licet argumentari. Relatio constituit personam diuinam, quatenus inest in persona diuina, Nam omne constituens siue secundum rem, siue secundum rationem inest in constituto, at esse in denotat rationem absolutam, relatio igitur diuinam personam constituit sub ratione absoluta. Minoris probatio. Esse in distinguitur contra esse ad, at quod distinguitur contra rationem relatiuam est absolutum, igitur esse in denotat rationem absolutam.

REFUTATIO CONCLUS.

Relatio non potest intelligi sub ratione absoluta, igitur falso dicitur in conclusione quod constituit diuinam personam sub ratione absoluta. Consecutio firma est. Antecedens ostenditur. Nihil potest concipi sub eo quod repugnat suæ naturæ, alioqui illud minime conciperetur, veluti si homo concipiatur sub conceptu irrationalis, at ratio absoluta repugnat relationi, cuius totum esse est ad aliud se habere, non potest igitur relatio intelligi sub conceptu absoluto.

Secundo, nihil potest intelligi non cointellecto eo quod est de ipsius ratione: at ratio respectiua est de ratione relationis, non potest igitur relatio intelligi non cointellecta ratione relatiua.

Tertio, diuinæ personæ in omni absoluto conueniunt, sed ratio diuinæ personæ constitutiua est incommunicabilis, igitur ratio diuinæ personæ constitutiua non est absoluta.

Quarto, diuina persona non prius intelligitur constituta, quam relata, igitur relatio constituit personam sub ratione relatiua, & nullo modo absoluta. Consequentia probatur, Quia quando sub aliquo communi diuiso, vnum diuidentium excluditur, alterum relinquuntur, at omnis forma constitutiua personæ aut est absoluta, aut relata, igitur si relatio excluditur a constitutione diuina, sequitur vt ad constitutionem illius admittatur forma absoluta, at consequens est falsum, ita enim eveniret vt suppositum diuinum esset absolutum, non relatiuum.

Idem sub eadem ratione distinguit, & constituit, at diuinæ relationes distinguunt diuinas personas sub ratione relatiua, omnis siquidem distinctio in diuinis ortum habet ex oppositione relatiua, igitur & constituit sub ratione relatiua.

Sexto, sequeretur quod in illo priori in quo persona patris intelligitur constituta, & non relata, itemque persona filij, & spiritus sancti, non esset Trinitas personarum, patet sequela, quia in diuinis est vnitas, vbi non obuiat relationis oppositio: at in illo priori non obuiat relationis oppositio: cum in illo priori non considerentur relationes secun-

Refutatio propositæ sententiæ.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

6. Argu.

futa. opini. Cai.

pōtio. Cai.

Capraolus idem sentit.

Authoris sententia eadem, non tamen eodem fundamento mixta.

Relatiōis duplex ratio, vna transcendentalis, quæ consistit in esse in, altera specialis, quæ consistit in esse ad, illa conuenit relationi in quantum est accidens, hæc vero in quantum relatio.

contra c. 26. rēn binio mant oner nas rēue ainas nas atio. sola

secundum rationē respectiuam, in qua solū consistit oppositio, igitur in illo priori est sūma vnitas: & nullo modo Trinitas.

Postremo, ratio constituit, ac distinguit personam diuinā prout fecernitur ab essentia, & origine: At vt sic distinguitur sola ratione respectiua, ratio igitur sola ratione respectiua distinguit, & constituit diuinam personam.

**DI V T I O A R G V M E N T.**

Ad 1. Ratio absoluta specialis repugnat relationi, no tamen specialis.

Ad primum dicitur relationem non posse apprehendi sub ratione absoluta speciali, bene tamen sub ratione absoluta transcendentali. Ad probationem vero dicitur, repugnare relationi rationem absolutā specialem, non tamen transcendentalem, imo vero stare cum ipsa.

Ad 2.

Ad secundum dicitur, rationem respectiuam esse de ratione relationis quantū ad id quod dicit ad, nō tamen quantū ad id quod dicit in, sic enim vendicat sibi ratio rationem absolutam.

Ad 3. Diuinā personā comuni- cat in omni absoluto secundum rationem specialem, non tamen in absoluto secundum rationem transcendentalem.

Ad tertium dicitur, diuinās personas cōspirare in omni secundum specialem rationem absoluto, non tamen in absoluto secundum rationē transcendentalem, quod de principali dicit relationem, quæ distinguit diuinās personas.

Ad 4.

Ad quartum, negatur antecedēs, ad probationē vero dicitur, diuinū suppositum cōstitui non quidem per proprietatē absolutā, sed relatiuā, non tamen sub ratione relatiua, sed absoluta, eaqz transcendentali, nō speciali.

Ad 5.

Ad quintum dicitur, veram esse maiorem in constitutiuis absolutis, non tamen in relatiuis. Nam ratio constituit sub esse in, distinguit autem sub esse ad, id quod denotat rationem respectiuam.

Ad 6. In illo priori, in quo diuinæ personæ intelliguntur constitutivæ, distinguitur distinctioe transcendentali, & negatiua, non formali & positiua.

Ad sextum dicitur, in illo priori non esse relationum oppositionem actualē, esse tamen habitualem: sunt enim in illo priori relatiuæ proprietates personarū constitutiua, quibus conuenit relatiua oppositio. Vel dicitur in illo priori diuinās personas distingui negatiue, non tamen positiue.

Ad 7.

Ad vltimum dicitur diuinam personam constitui per relationem, & prout ratio est

idē, quod diuina essentia, & prout distinguitur ab essentia. Nam cum persona significet subsistens incommunicabile distinctū proprietate, hoc ipsū quod subsistat habet à relatione, prout est idem quod diuina essentia. Namque ratio, qua ratio neqz subsistit, neque prestare alteri potest subsistentiam. Hoc ipsum autem quod sit quiddā incommunicabile, distinctū proprietate habet diuina persona à relatione prout includit essentiā, & alias insuper personales rationes continet, nempe incommunicabilitatem, & distinctionem, ex quibus rationibus hypostaticis habet ratio quod à diuina essentia distinguatur. Ita inter se conciliantur diuersæ D. Thomæ sententiæ, quæ dissidere inter se magnopere videbantur. Ratio igitur constituit diuinam personam & prout est idem quod essentia, & prout distinguitur ab essentia, sub alia tamen & alia ratione. Item diuinum suppositū est formaliter relatiuum, & constitutum illius est formaliter relatiuum: non tamen constituit sub formali ratione relationis, sed sub ratione absoluta transcendentali.

Relatio in diuinis cōstituit personam & prout est idem cū essentia, et prout distinguitur ab essentia. Distinguitur autē ab essentia non solū ratione respectiua in quantū relatio, verum etiā ratione absoluta in quantum proprietatis, & formae hypostaticae.

Si placet dicere cum Dur. i. d. 27. q. 1. diuinum suppositū relatiuum constitui in esse suppositiua à relatione sub esse speciali relationis: ad fundamentum aduersariæ opinionis dicito, actionem procedere à personam constituta, nisi illa persona in esse personali, & simpliciter, constituatur per actionem, tunc enim persona non præexistit, aut præintelligitur actioni, sed simul est & intelligitur cum actione. Sic res habet in diuinis. Nam pater constituitur in esse per generare, & filius per generari.

Defensio opinionis Durandi. sub sensu ni ppe suppe absolū indu

✠ **Q V Æ S T I O . 5 .** ✠  
*Vtrum detur in diuinis suppositum absolutum?*



Pro quaestione explicatione ducuntur subiciuntur conclusiones. Prior conclusio est huiusmodi. Non est dabile in diuinis suppositum absolutū. Probatio cōclusionis.

i. cōclus. In diuinis nō est dabile suppositū absolutum.

Suppo-

Suppositum ex sua ratione formali significat substantiam completam vltima cōp̄tione, ex qua oritur incommunicabilitas, at nihil absolutum in diuinis est incommunicabile, quamuis sit actualissimum, & completissimum, sequitur igitur nihil absolutū in diuinis esse suppositum.

**2. cōclus.** Posterior conclusio. Si daretur suppositū absolutū illud poneret in numero cum suppositis relatiuis, ac proinde esset quartū suppositum, quod est contra determinationem ecclesiæ cap. Damnamus, de summa Trinitate, etcæt. Quod autem poneret in numero sic ostenditur. Quando de aliquibus verū est dicere quod quodlibet illorū est suppositum, & vnum alio formaliter est suppositum, & alterum alio, ibi verum est dicere quod sint multa supposita, quorum vnum non est alterū, Atqui & de patre, & de Deo verū est dicere quod quodlibet illorum est suppositum, & pater paternitate formaliter est suppositum, & Deus Deitate, igitur pater & Deus sunt multa supposita, quorū vnum non est alterum, ac proinde si dabitur suppositum absolutū in diuinis, illud ponat in numero necesse est cum suppositis relatiuis.

Ceterum si nomine suppositi intelligatur substantia completa, subsistens, singularis, nihil est incōmodi dari suppositum absolutum in diuinis, non tamen ponens in numero cum suppositis relatiuis. Est autem hoc suppositum Deus, siue hic Deus, qui ipse tamen communis est cōmunitate reali cum tribus suppositis. Ac sub hoc sensu existimādi sunt suppositum absolutum posuisse in diuinis ij, qui absolutum suppositum in diuinis ponendum esse censuerunt. Sub eodem etiam sensu accipienda sunt verba D. Thomæ. 1. p. q. 40. art. 3. sic dicentis, sublati per intellectum proprietatibus personalibus, nō manet in diuinis hypostasis, prout distinguitur personaliter ab alijs personis, sed prout distinguitur à creaturis, quomodo Iudæi & gentiles diuinam hypostasim intelligunt, iam autem illi intelligunt suppositum absolutum. Argumenta tamen ac fundamēta huius opinionis sunt à nobis exponenda.

REFVTATIO CONCLUSIONUM.

**N**on defuerūt igitur qui putauerint omnino dandum esse suppositum absolutū in diuinis, non ponens in numero cum diuinis personis, ad quorum sententiam videtur accedere Caiet. 1. p. q. 3. item q. 29. qui præter tres diuinas personas posuit hunc Deum, non ponentem in numero cū personis. Hæc porrò sententia his argumentis ostenditur.

Opinio ponēs absolutum suppositū in diuinis

Primum sic argumentantur. Essentiæ diuinæ competit agere, veluti creare, gubernare, etenim verè dicitur, Essētiā diuinā creat, sed actiones sunt suppositorum, igitur diuina essentia siue Deus, siue hic Deus habet rationem suppositi, cumq; ipsa sit absolutū quiddam, sequitur in diuinis dari suppositū absolutum.

Secundo, propter actiones notionales datur suppositum relatiuū, igitur propter actiones essentielles ponendum est suppositum absolutum.

Tertio, ab inferiori ad superius cum exclusione est firma cōsequētia. Etenim rectè sequitur, solus vnus homo currit, igitur solum vnum animal currit: At Deus & persona se habent sicut magis cōmune, & minus commune, non enim omnis persona est Deus, sequitur igitur cum exclusione, vnus solus Deus creat, igitur vna solum persona creat, iam cōsequens est verum, at esse non potest verum pro aliqua persona relatiua, quia non solus pater creat, neque solus filius creat, igitur pro persona absoluta.

Postremo, illud videtur esse verum quod omnis intellectus concipit de Deo, at omnis intellectus concipit Deum sub ratione & conceptu suppositi absoluti, hanc siquidē Dei notionem omnes philosophi habuerunt, videtur igitur illud esse verum, nempe esse in diuinis suppositum absolutum.

DILVTIO ARGVMENT.

**A**d primum respondetur non sic essentiæ attribui actionē, quasi ipsa operetur circūscriptis suppositis, sed quia illa actio diuinis

Essentia diuina nō agit circūscriptis suppositis.

uinis

DISTINCTIONIS XXVI.

uinis personis cōueniat, prout habēt vnam cōmunē essentiam. Nam omnis operatio, quæ indifferenter conuenit diuinis personis dicitur Deo conuenire quatenus Deus est, & cuilibet personæ, qua Deus est.

Ad secundum dicitur, non oportere propter actiones essentielles ponere suppositum aliquod absolutum in diuinis, sed satis est ponere naturam absolutam, quæ est huius operationis ratio in tribus suppositis.

Ad tertium dicitur, illam consecutionem esse firmam in rebus creatis, non tamen in diuinis. Nam in creaturis non est eadē numero natura in distinctis suppositis, imo vero multiplicatis suppositis multiplicatur & natura. Ex quo efficitur vt excludatur à cōsortio prædicati quoduis aliud suppositum etiam participans eandem naturam. Rectè ergo sequitur vnus solus homo currit, igitur vna sola persona currit. Nam quāuis omnis alia persona sit homo, quia tamen non participat eandē naturam cum currete, idcirco excluditur à consortio prædicati. At in diuinis eadem numero natura reperitur in suppositis distinctis, ac proinde nullum suppositum excluditur à consortio prædicati essentialis. Quocirca nō sequitur solus Deus creat, igitur vna solū persona creat.

Ad quartum dicitur, distinctionem personarum in diuinis, solis relationibus originis distinctarum, non posse homini naturaliter innotescere, ac proinde philosophos naturalis vim luminis secutos hanc in Deo distinctionem minimè agnouisse.

✠ QVÆSTIO. 6. ✠

*Vtrum relationes constituentēs personas sint reales?*



Assertio catholica est relationes constituentēs personas esse reales, cui quidem assertioni suffragatur autoritas scripturæ diuinæ personas nominantis vt distinctas, non solum no-

nominantis vt distinctas, non solum no-

minibus, verū etiā re ipsa. Ac diuinās personas nominibus distingui cum ex multis, tum ex illo potissimum loco Marci vltimo intelligitur, vbi dicitur, ite in mundū vniuersum, & annunciate euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

At re ipsa distingui ex eo intelligitur, quia diuinæ literæ originem Deo, ac diuinis personis tribuunt. Dicit enim filius Ioan. 9. Ego ex Deo processi. Dicitur etiam de spiritu sancto, qui ex patre procedit, sed vbi est origo actiua, & à quo alius, & origo passiua, & qui ab alio, est distinctio realis, omnino igitur diuinæ personæ realiter distinguuntur, atqui distinctio in diuinis nulla reperitur alia nisi relatiua, vti iam diximus, relinquuntur igitur relationes diuinarum personarum constitutiuas, & distinctiuas esse reales, alioqui si non essent reales, nulla esset in diuinis personis realis distinctio, id quod per errorem Sabellio visum est.

Ceterum hac diuinarum relationū realitas variè ostēditur à theologis, sunt qui hoc ipsum hac ratione velint esse persuasum. In relatione reali duo requiruntur, & quod extrema sint realia, & quod illa extrema ratione sui fundamenti se se mutuo coexigant, at in diuinis relationibus originis illa duo reperiuntur, nempe realitas extremorum, ceu pater, & filius, & mutua ac necessaria eorum inter se coexigentia ex natura fundamenti, namq; fundamentum diuinarum originum est natura fœcunda: iam autem fœcunditas naturæ necessario multa requirit, siquidem ad fœcunditatem sequitur origo actiua, & passiua, quæ non nisi in multis esse possunt, ex quibus omnibus efficitur, relationes originis in diuinis esse reales. Dur. 1 d. 26. q. 2.

Alij illud ipsum sic ostendunt. In relatione reali duo requiruntur scilicet realis distinctio extremorum, & fundamentū reale. Id vero, nempe fundamentū reale requiri, sic ostēditur. Esse relationis est esse sui fundamenti, namq; esse æqualitatis est aliud nullū quam esse quantitatis, & esse similitudinis est aliud nullum,

Excluditur a consortio prædicati quod non participat eandem numero naturam cū subiecto.

Marc. vltimo.

Ioan. 9.

De sententia Durandi in relatione reali duo requiruntur & quod extrema sint realia & quod illa extrema ex natura fundamenti se se mutuo coexigant.

De sententia Egidij in relatione reali requiritur distinctio realis extremorum, & realitas fundamenti, & præ-

Relationes diuinarum personarum constitutiuæ, & distinctiuæ sunt reales.

terea naturalis quædam extremum ad ordinabilem, & bitudo. De sententia autem in relatione realis distinctio extremorum, & realitas fundamenti, & præ-

terea naturalis quaedam extremum ad se ordinabilitas, & habitudo.

nullum, quam esse qualitatis, qua re differt relatio à cæteris entium generibus. Nam cæterorum entium cuique respondet proprium esse, relationi vero respondet esse sui fundamenti. Ex quo fit ut quantum non sit compositius qua sub est æqualitati, quàm ipsum absolute sumptum. At in diuinis fundamentum relationum est reale, nempe ipsum diuinum esse, est præterea realis distinctio extremorum, relationes igitur originis in diuinis sunt reales. Egidius. l. d. 26. q. 2.

D. Thom. D. Thomas huic eidem assertioni sic fidem facit. Respectus realis cernitur in quadam rerum inter se ordinabilitate, & ad se se affectione & inclinatione naturali: contra res habet in relatione rationis, ea siquidem non ex naturali rerum ad se se affectione, sed ex rationis rem unam cum altera conferentis apprehensione ortum habet: atqui diuinæ processiones sunt inter se ex natura rei ordinatae, igitur relationes, quæ hasce processiones consequuntur, sunt reales. Minor ostenditur. Quando aliquid procedit à principio eiusdem naturæ, necesse est ut procedens, & id à quo procedit eodem ordine conueniant, sed processiones in diuinis sunt secundum identitatem naturæ, igitur procedens, & id à quo procedit, eodem ordine conueniunt, ac proinde & processiones ipsæ sunt inter se secundum suam naturam ordinatae. l. p. q. 28. ar. 1.

Cæterum hæc mihi videtur planior & aptior propositæ conclusionis demonstratio. In reali relatione requiruntur fundamentum reale, & realis distinctio extremorum, & quod illa extrema prout sunt extrema talis habitudinis realiter distinguantur: sic autem se habet in relationibus, quæ diuinæ origines consequuntur, sunt igitur illæ reales. Porro de realitate fundamenti, & de distinctione reali extremorum inter omnes conuenit. Tertium vero illud etiam apertum est. Namque extrema illa realia terminant habitudinem originis, quatenus unum est productum, alterum vero producens: at producens & productum ut sic, realiter distinguuntur, igitur extrema relationum originis, qua sunt extrema talium relationum, realiter distinguuntur.

REFUTATIO CATHOLICÆ ASSERTIONIS.

Hæc tamen catholica assertio his argumentis refellitur. Omnis relatio consequens actum intellectus est relatio rationis, at diuinæ relationes consequuntur actus intellectus, nam consequuntur diuinæ emanationes siue productiones, quæ sunt actus intellectus & voluntatis: sunt igitur relationes rationis.

r. Argumentum contra catholicam assertionem.

Secundo ita licet argumentari. Illa realitas aut est eadem cum realitate essentiae, aut alia, si alia, igitur diuina persona non est simpliciter simplex, ut quæ constituatur ex duabus realitatibus distinctis, si eadem, igitur relationes reales in diuinis minimè numerantur. Nam quælibet res ponit in numero cum alia re, at diuinæ relationes sunt una res, nempe ipsa met realitas essentiae, quæ est una, non numerantur igitur, ac proinde non sunt tres res. Iam sic, non sunt tres res, non sunt igitur tres relationes reales in diuinis, quandoquidem realitas sumitur ex re.

secundum.

DILUTIO ARGUMENTI.

Primum argumentum diluitur maioris propositionis explicatione. Nam relationum, quæ consequuntur actum intellectus, duplex est genus, sunt enim quædam quæ consequuntur actum intellectus prout terminatur ad res intellectas obiectiuè: ac huiusmodi relationes, sunt relationes rationis. Sunt enim rationes quædam quas ratio attribuit rebus prout sunt intellectæ. Sunt alia quæ consequuntur actionem intellectus inter verbum intellectuale procedens, & id à quo procedit. Porro relationes huiusmodi sunt reales, tum, quia intellectus ipse & verbum procedens sunt quædam res intelligibiles: tum, quia intellectus sic comparatur ad illud quod intelligibiliter procedit ab ipso, quæ admodum res corporea ad illud, quod ab ipsa corporea procedit.

Ad r. Relatio nes consequentes actum intellectus prout terminatur ad res intellectas obiectiuè sunt relationes rationis, illæ vero quæ consequuntur actum intellectus prout terminatur ad aliquid productum ad intra, sunt reales.

Ad posterius argumentum respondetur, relationem diuinam non esse aliam realitatem à realitate diuinæ essentiae. Est siquidem relatio in diuinis ipsa met essentia diuina, non

quidem

Diuinæ  
relatiões  
sunt vna  
res abso-  
luta per  
identita-  
tem, sunt  
autē tres  
res respec-  
tiue per  
opposi-  
tionem.

quidem formaliter, sed identicē. Namq; re-  
latio diuina de formali dicit respectum, at  
essentiam ipsam dicit per identitatem solū,  
& tanquam radicem. Porro consecutio illa  
negatur. Ad probationem vero dicitur, di-  
uinas relationes esse vnā rem absolutam  
per identitatem: sunt tamen tres res respec-  
tiuæ ponentes in numero propter opposi-  
tionem. Verum de his rebus alibi latius dis-  
seremus.

## ✠ QVÆSTIO. 7. ✠

*Verum proprietates præintelligantur  
actionibus originis, an contra?*



Vppetit ad vtranque  
partem ratio probabi-  
lis. Nā quod proprie-  
tas præintelligatur a-  
ctiōi, illud vel maxi-  
mē declarat, quia om-  
nis actio proficiscitur  
à persona constituta, at persona diuina cō-  
stituitur relatiua proprietate, supponit igitur  
actio originis in diuinis relatiuam proprie-  
tatem, ac proinde proprietates præintel-  
ligitur originis.

Iam autem proprietatem consequi ipsam  
originis actionem hinc intelligitur, quia re-  
latio consequitur actionem, & via antecedit  
terminum, iam autem origo significatur  
vt via tendens ad personæ constitutio-  
nem, antecedit igitur ipsam proprietatem.

Sunt qui quæstionem explicandam exi-  
stiment distinctione. Nam origo compara-  
ri potest vel ad id ad quod terminatur,  
veluti ad personam constitutam, ceu filiū,  
aut spiritum sanctum: vel ad personā à qua  
egreditur.

Ponuntur ergo duæ conclusiones, quarū  
hac est prior. Origō comparata ad suū ter-  
minum antecedit proprietatem. Namque  
via antecedit terminum, sed origo tam acti-  
ua quam passiuā significatur vt via tendēs  
ad constitutionem personæ, antecedit igitur  
illam personam, ac proinde proprietatē  
constituentem illam personam.

Origō cō-  
compara-  
ta ad suū  
terminū  
antecedit  
proprietatem  
constituentē  
personā,  
quæ pro-  
ducitur  
per talem

Posterior conclusio. Originem comparatā  
ad id à quo egreditur, partim antecedit pro-  
prietates, partim consequitur, antecedit quidē  
vt proprietates constitutiua, cōsequitur vero  
vt relatio. Ac antecedere vt proprietatē cō-  
stituētē personam ex eo intelligitur, quia  
operatio supponit suppositum, actiones si-  
quidem sunt suppositorū, igitur & proprie-  
tatem constituentē suppositum, hæc autē in  
patre est paternitas. etc. Cōsequi vero quā  
relatio est, hinc ostenditur, quoniam omnis  
relatio consequitur actionē per quam cōsti-  
tuitur, & ex qua producitur, at diuinæ relati-  
ones cōstituuntur per originē, & ex illis exi-  
stunt, consequuntur igitur ipsas origines.

Præterea, filiatio consequitur generatio-  
nem tam actiuam quam passiuam, igitur  
& paternitas quæ eidem respondent, eandem  
actionem consequitur. Consecutio fir-  
ma est, quandoquidem relata sunt simul.  
Tho. i. p. q. 40. articul. 4. ¶ Durādus. i. d. 27.  
q. 1. est in diuersa opinionē & sententia. Durand  
opinio.  
Existimat siquidem neq; productiones præ-  
intelligi proprietatibus, neque contra pro-  
prietates productionibus. Ac productionē  
non præintelligi proprietati sic ostendit.  
Productio aut est actiua, aut passiuā, at neu-  
tra antecedit proprietatem, non actiua, si-  
quidem productio actiua supponit consti-  
tutionem personæ, ac proinde & proprie-  
tatem. Productio igitur actiua non præintel-  
ligitur proprietati. Neque itidem passiuā.  
Nam productio passiuā simul est cum acti-  
ua, at actiua simul est cum proprietate ip-  
sius agentis, ceu paternitate, passiuā igitur  
productio simul est cum proprietate ipsius  
agentis, ceu paternitate, passiuā igitur produ-  
ctio simul est cū paternitate, sed paternitas  
simul est cum filiatione, igitur à primo ad  
vltimum, generatio passiuā simul est cum  
filiatione.

Porro proprietatē non præintelligi produ-  
ctiōi & origini sic ostendit. Nam si præin-  
telligeretur, aut præintelligeretur vt rela-  
tio, aut vt constituens, non vt relatio, id  
quod etiam aduersarij concedunt, neque  
vt constituens, nam persona non potest  
prius

originē.  
Ita fit vt  
generatio  
actiua, &  
passiua  
præintel-  
ligantur  
personæ  
filiij.

Origō cō-  
parata ad  
id a quo  
est, præin-  
telligitur  
proprie-  
tati vt re-  
latio est,  
at conse-  
quitur  
proprietatem,  
prout pro-  
prietates

Cor-  
Thom-  
pro-  
ratiō-

Durand  
opinio.

Oper-  
suppo-  
suppo-  
tum  
siue  
quam  
suppo-  
tum  
se per  
nali  
consti-  
tur pe-  
lem o-  
ratiō-

Pro D-  
Thom-  
cōtra  
ratiō-

prius intelligi constituta quamrelata, alio-  
qui intelligeretur persona diuina constituta  
per rationem absolutam, nam cum omnis  
constitutiuua personae proprietates sit absolu-  
ta, autrelata, si excluditur relata, necessario  
ponitur absoluta, atqui intelligens perso-  
nam prius constitutam, quamrelatam ex-  
cludit per intellectum rationem relatiuam,  
ponit igitur per intellectum rationem ab-  
solutam. Non potest igitur proprietates pra-  
intelligi productioni, & origini. Siquidem  
nec ipsarelatio possit pra-intelligi.

*Diluuntur utriusque sententia moti-  
ua, et argumenta.*

**Q**uoniam utraque sententia multum  
habet probabilitatis, utriusque no-  
ticia & argumenta diluenda sunt.

Contra  
Thomam  
pro Du-  
rando.

Ac Diui Thomae prius argumentum illud,  
quo prior eius conclusio confirmata est, sic  
diluitur ut dicatur, viam quidem terminum  
antecedere: at productio in diuinis non se  
habet ut via inter producentem, & produ-  
ctum, quandoquidem non sit ibi productio  
per motum medium, id quod cernitur in  
rebus creatis, sed productio cum actiua, tum  
passiua sunt ipsae met relationes originis,  
nempe a quo alius, & qui ab alio, per quas  
constituuntur personae.

Operatio  
supponit  
supposi-  
tum co-  
stitutum,  
quando  
supposi-  
tum in ef-  
se perso-  
nali non  
constitui-  
tur per ta-  
lem ope-  
rationem

Posterius argumentum diluitur hoc pa-  
cto, Operatio supponit suppositum consti-  
tutum, ac proinde & proprietates consti-  
tutiuua, quando suppositum est absolutum,  
secus quando est relatiuum, & constituitur  
in esse personali per talem operationem,  
tunc enim simul intelligitur constitutum,  
originans & relatum.

Pro Diuo  
Thoma  
contra Du-  
randum.

Pro Diuo Thoma ad Durandi argumen-  
ta respondetur. Ad primum igitur respon-  
detur, productionem actiuam non pra-in-  
telligi proprietati, originem tamen passi-  
uam pra-intelligi. Porro ad argumentum  
respondetur, negando illam minore, nem-  
pe originem actiuam simul esse, siue simul  
intelligi cum proprietate gignentis. Nam  
proprietates gignentis constitutiuua pra-intelli-  
guntur origini, quippe quia operatio supponat

suppositum, ac proinde proprietates con-  
stitutiuua suppositi.

Ad secundum dicitur proprietates pra-  
intelligi productioni, non qua relatio est, sed  
qua forma constitutiuua est. Et cum dicitur  
persona non prius intelligitur constituta,  
quamrelata, negatur illud, quandoquidem  
relatio personam diuinam constituit, non  
quidem sub ratione respectiua speciali, sed  
sub ratione absoluta transcendentali, quae  
illi speciali praesupponitur. Neque tamen  
inde iam consequitur, id quod consequens  
esse Durandus existimauit, ut suppositum  
diuinum proprietates absoluta constituatnr,  
sed proprietates relatiua sub ratione absolu-  
ta, quae est ratio transcendentalis ipsius re-  
latiui. **C** Obijci tamen contra potest, idque  
vehementissimè. Suppositum diuinum co-  
stituitur proprietates relatiua, igitur eadem  
proprietates constituitur sub ratione relatiua,  
& nullo modo absoluta: Consecutio firma  
est. Nam suppositum diuinum constituitur pro-  
prietates relatiua, prout distinguitur contra  
absolutam in ea diuisione, qua tribuitur for-  
ma constitutiuua in absolutam, & relatiuam, at  
forma siue proprietates relatiua distinguitur  
contra absolutam sub ratione relatiua, & non  
absoluta, hoc est enim distingui absolutum a  
relatiuo .s. rationem vnius distingui contra  
rationem alterius: igitur diuinum suppositum  
constituitur proprietates relatiua sub ratione  
relatiua, & nullo modo absoluta.

Obiectio  
vehemen-  
tissima.

Dicimus suppositum diuinum constitui  
proprietates relatiua, ut distinguitur contra  
absolutam secundum rationem specialem:  
non tamen ut distinguitur contra absolu-  
tam secundum rationem transcendentia-  
lem. Namque proprietates diuini suppositi co-  
stitutiuua est res relatiua, cuius esse est ad  
aliud, non autem res absoluta, cuius esse non  
est ad aliud, sed ad se. Caterum illa forma  
relatiua constituit suppositum non sub ra-  
tione relatiua speciali, sed sub ratione ab-  
soluta transcendentali, sub qua ratione  
consideratur per modum proprietates abso-  
luta. Unde non indesepte dici potest, suppositum  
diuinum constitui in esse hypostatico proprie-  
tates

Non indi-  
ferre dici  
potest, su-  
ppositum  
diuinum  
constitui  
in esse hy-  
postatico  
proprietates  
absolu-  
ta trans-  
cendentia-  
liter, hoc  
est, quae  
secundum  
rationem  
ipsi tran-  
scendentia-  
lem est ab-  
solutum  
quiddam



tate absoluta transcendentaliter, idest, quæ secundum rationem ipsius transcendentalem est quippiam absolutum. Caterum forma absoluta secundum transcendentalem rationem non distinguitur contra relatiuam, cum sit ipsamet forma relatiua. Ita difficultas est omnis explicata.

## DISTINCTIO XXVII.

¶ Resolutio distinctionis vigesima septimæ.

**D**istinctione vigesima septima disputat Magister de proprietatibus diuinarum personarum, prout varijs nominibus exprimuntur, estq; proinde huius distinctionis hæc prima conclusio.

Proprietates personales quas ponit Hilarius, nempe patrem esse, filium esse, spiritum sanctum esse, eadem sunt eis quas ponit Augustinus, nempe genuisse, genitum esse, procedere, ita ut idem sit patrem esse, quod genuisse filium, seu habere filium, et idem sit filium esse, quod esse genitum a patre, et idem sit spiritum sanctum esse, quod procedere ab utroque.

Secunda conclusio. Nomina personarum, nempe pater, filius, et spiritus sanctus primo et formaliter significant hypostasies, at nomina relationum, ut paternitas, filiatio, processio, itemque genuisse, genitum esse, procedere primo significant relationes, siue proprietates, quibus ipsa personæ determinantur, et à se inuicem distinguuntur. Etenim proprietates personarum determinant, non essentiam, aut naturam.

Tertia conclusio. Hæc nomina, genitor, genitus, verbum, imago, diuinarum etiam personarum sunt nomina, hypostasies ipsas primum significantia, deinde proprietates.

Quarta conclusio. Licet nomina essentialia interdum accipiantur pro personis, ut cum dicimus, Deus genuit Deum, Deus de Deo, illud tamen de illo, nunquam dicitur secundum nomina personalia, sed essentialia. Dicimus enim Deus de Deo, lumen de lumine, non dicimus autem verbum de verbo, filium de filio.

## QVÆSTIO. I.

Vtrum verbum mentale sit aliquid distinctum ab actu intellectus, et à specie intelligibili?



**D**E RE PROPOSITA grauisissimi Theologi inter se magnopere dissentiunt, dum alij verbū humanæ mentis siue humana mente conceptum, à forma intelligibili, & ab actu distinguunt, alij vero contra illud ab actu intelligendi minimè distinguunt: Ac priorem quidem sententiam tenet Diu<sup>s</sup> Thomas. 1 p. q. 27. articulo 1. & 1. contra Gentes cap. 53. quam eandem Diu<sup>s</sup> Thomæ studiosi quam enixime defendunt Capraolus, scilicet. 1. d. 27. Caietanus. 1. p. quæst. 27. articulo 1. Ferrariensis. 1. contra Gentes cap. 53. Posteriores vero sententiam Doctissimus Scotus est amplexatus 1. d. 27. quæst. 1. quem eundem sequitur Durandus ibidem quæst. 2. sed iam vtranque sententiam cum suis fundamentis exponamus.

Principio pro intelligentia tituli quæstionis est magnopere annotandum, verbi mentalis nomine significari qualitatem quandam in animo inhaerentem rei, quæ est

Quid significet verbum.

extra

extra animum, apud intellectū manifestatiuam. Versatur igitur in controversia, vtrū hac qualitas sit ipsamet intellectio, aut species intelligibilis, aut certè distinctum aliquid ab utroque, ab intellectu per actū intelligendi productum.

opinio  
D. Thomæ

D. igitur Thomas, locis supra commemoratis, in ea est sententia vt putet, verbū mentale esse aliquid distinctum ab actu intellectus, & à forma intelligibili. Quocirca duæ iam ponuntur accommodatæ ad hanc sententiam conclusiones.

Necesse est  
ponere in  
intellectu  
speciē in-  
telligibile  
quæ cum  
ipso intel-  
lectu cō-  
principiet  
intellecti-  
onem.

Prior conclusio. Necesse est ponere in intellectu formam quandam intelligibilem, quæ cum intellectu comprincipiet intellectionem, sitque similitudo rei intellectæ .i. contra Gent. cap. 53.

Id vero sic ostenditur. Omnis operatio siue transiens, siue immanens ab aliqua forma proficiscitur, cuius interuentu & operans ipsum in actu constituitur, & actionem ipsam exequitur, at intellectio operatio quædam est in intellectu immanens, proficiscitur igitur ab intelligente media aliqua forma, per quam & intellectus ipse in actu reponitur, & suam elicit actionem, hæc vero nulla videtur alia nisi species intelligibilis, necesse est igitur in intelligente ponere speciem intelligibilem.

Præter spe-  
ciem intel-  
ligibilem  
necesse est  
in intelle-  
ctu ponere  
dū est ver-  
bum, rem  
ad extra re-  
ponens in  
intellectu  
in esse ob-  
iectiuo &  
terminati-  
uo.

Posterior conclusio. Præter formam intelligibilem necessario in intellectu est verbum, siue similitudo quædam, quam intellectus specie intelligibili informatus, fingit & procreat. Id vero sic ostenditur. Necesse est id quod intelligitur esse præsens intellectui in esse obiectiuo, ac terminatiuo, omnis siquidē operatio habitudinem importat, & ordinem quendam ad rem sibi propositā, quæ operationē terminat, atque præsentiam huiusmodi rei intellectæ apud intellectum in esse obiectiuo, & terminatiuo efficere non potest neq; species intelligibilis impressa, neq; actus ipse intelligendi, igitur aliquid aliud præter illa, hoc autem est aliud nihil quam species expressa, quæ dicitur verbum, adhibendū est igitur verbum. Minoris prior pars ostenditur. Species intelligibilis est

aliud nihil quam ratio intelligendi non intellecta, nisi fortè per reflexionem, concurrat igitur ad intellectionem principiatiuè, non igitur terminatiuè, ac proinde rem intellectam apud intellectum reponere non potest in esse obiectiuo, & terminatiuo.

Adde, quia per formam intelligibilem res coniungitur intellectui habitu, alioqui habens speciem semper actu intelligeret, id quod esse falsum docet experientia. Posterior vero pars ex eo constat quia operatio terminatur non terminat.

Præterea, omnis potentia apprehensiva requirit præsentiam sui obiecti. Namque operatio in actu habeat obiectum actu modo aliquo necesse est. Id vero bifariam contingit, aut secundum esse reale, & locale, vel secundum esse intentionale, abstractendo, scilicet, ab esse reali, & locali. Priori modo exteriorum sensuum apprehensio præsentiam obiecti requirit, vtpote quia sensus externi ferantur in rem præsentem, non solum secundum suum esse naturale, verum etiam in debita distantia collocatam. Posteriori vero modo sensus interni obiectorum suorum præsentiam requirunt, id quod ex eo ortum habet, quia indifferenter tendunt in rem præsentem, & non præsentem, existentem, & non existentem. Vt enim imaginatione comprehendam regem esse in aula regia negotia expedientem, neque illud est necessarium vt à parte rei ita habeat, neque vt mihi Conimbrica illud imaginatione contuenti sit præsens localiter, sed sufficit vt sit præsens in imaginatione secundum esse obiectiuum. Quod genus præsentia litatis conuenit rei quæ est extra, prout est intra potentiam. Hinc iam efficitur vt intellectus obiecti præsentiam actualem requirat, cumque non secundum esse reale, & locale, siquidem indifferenter tendat in rem præsentem, & absentem, existentem & non existentem, in esse igitur obiectiuo. Cumq; hoc genus essendi, & præsentia litatis conueniat rei prout est intra potentiam, sequitur vt res, quæ intelligitur, sit intra intellectum terminans obiectiuè

Vehemens  
ratio cogens  
ponere quæ  
intelligitur  
in esse ob-  
iectiuo.

DISTINCTIONIS XXVII.

operationem ipsam intelligibilem. Ex hac D. Thomæ sententia & doctrina multa iam intelliguntur.

Coroll. 1.

Verbū, & species intelligibilis concurrunt ad intellectio- nem, species quidem, tanquam forma qua in formatus intellectus dicitur intellectio- nem, verbū vero tanquam illud in quo res intellecta re- presenta- tur obiectiue.

Illud primū intelligitur in actuali rei cuiusque intellectio- ne quatuor concurrere, nempe actualem ipsam intellectio- nem, speciem intelligibilem, rem quæ intelligitur, & verbum mentale. Species intelligibilis cōcurrit vt formale principium operationis intelligibilis, res intellecta cōcurrit obiectiue, verbum tanquam illud in quo obiectiue repræsentatur res intellecta, & in quo obiectiue cernitur ac videtur per actum intelligendi. Intellectio vero est operatio qua mediante attingitur obiectum.

Coroll. 2.

Secundo illud intelligitur, verbum esse nihil aliud, quam res quæ intelligitur, prout habet esse in intellectu, verbum enim lapidis est lapis intellectus. Vnde & verbū eiusdem est rationis cum re cuius est verbū, & eandem formam habet sub esse tamen immateriali, & intelligibili, verbū enim lapidis est lapis intellectus. 4. contra Gent. cap. 11.

Coroll. 3.

Tertio hinc intelligitur, operationis intelligibilis duplicem esse terminum, vnū extrinsecum, nempe rem extra quæ intelligitur, alterū intrinsecum, nempe verbū ipsius. Ac hi duo termini se habent vt quod, & quo. Etenim lapis extra est, id quod intelligitur, verbum vero lapidis, est id in quo intelligitur, siue est ipsum intellectum, prout est in intelligente interius.

Coroll. 4.

Duplex necessitas operandi verbum mentale.

Quarto hinc intelligitur, verbum mentale præter speciē intelligibilem & actū intelligendi adhiberi, non solū propter perfectiorem & expressiorem notitiam, siue repræsentationē rei, quæ intelligibili operatione cōprehenditur, vt multis visum est, sed etiam vt operatio ipsa intelligibilis intra habeat suum terminum, & suum obiectum vti demonstratum est.

Coroll. 5.

Quinto hinc intelligitur, nihil posse naturaliter intelligi sine verbo. Nam si res non intelligitur nisi fiat præsens apud intellectū in esse obiectiuo, & terminatiuo, hoc autē fit per verbum & conceptum, nam secundum esse naturale non fit res sufficienter

præsens, ita vt sit actu obiectū, & terminus operationis intelligibilis, igitur sine verbo nihil potest naturaliter intelligi. Ex quo iam fit subinde, vt in cognitione rerū materialium necessario formetur verbum. Nam res materialis non est præsens intellectui obiectiue nisi per abstractionem à materia, & conditionibus indiuiduis, hoc autē fit per verbū formatum ab intellectu.

Vtrum vero Angelus cum se intelligit efformet verbum sui, quæstio est. Nam si verbum ad hoc adhibetur vt res quæ intelligitur fiat præsens intellectui, obiectiue, & terminatiue, Angelus vero ipse fit sibi ipsi præsentissimus, sequitur vt non sit necessariū, Angelum cum se intelligit formare verbū sui. Dicimus esse necessariū omnino. Nam non solum ponitur verbum propter præsentiam rei intellectæ apud intellectum, quam præsentiam efficit species intelligibilis, sed etiam propter terminationem, vt. s. res intellecta sit præsens apud intellectum in esse obiectiuo, & terminatiuo, quam præsentia efficere non potest species intelligibilis, vt quæ ad intellectio- nem concurrat vt principium actus, non vt terminus intrinsecus, cum autem Angeli essentia sit principium cognitionis angelicæ, sequitur vt non sit eiusdem terminus. Consecutio firma est, siquidem nihil idem est principium intelligendi, & obiectum terminatum cognitionis. Dandum est igitur aliquid aliud in intellectu Angeli, per quod fit essentia Angeli eidē præsens obiectiue, & terminatiue.

Hæc est de verbo D. Thomæ sententia, quæ in intellectu præter habitum intelligibilem, quæ est species impressa, & præter actū intellectus, ponit etiam verbum per actū ipsiusmet intellectus constitutum, & ab ipso intellectu intelligēdo expressum, operatione ipsam intelligibilem terminans.

*Virum verbum apud D. Thomam ab actu intelligendi realiter, an solum formaliter distinguatur?*

Cum

Angeli in intellectu efficiunt verbum sui.

quod Thomæ verbum mentaliter ab actu intelligitur.

Verbum effectus intellectus.

Verbum terminus intellectus.



V. m. igitur verbum mentale apud D. Thomam sit distinctum aliquid à forma intelligibili, & ab actu intellectus, iam dubitatur distinguatur ne realiter, an formaliter solum: Hac de re inter studiosos Thomæ minimè cōuenit. Quibusdam enim placuit verbum mentale ex vi intellectiva, & ex ipsius notitia profectum, esse distinctum aliquid secundum rem ab ipsa actuali intellectione. Id vero ut asserunt adducuntur, cum ipsius Doct. sancti auctoritate, tum ratione.

Ac quod ad D. Thomæ auctoritatem attinget, ipse multis locis videtur sentire verbum mentale esse distinctum quippiam realiter ab ipsa intellectione. Nam de ver. q. de verbo ait, verbum esse effectum intellectionis: At effectus re ipsa distinguitur à causa, igitur verbum re ipsa distinguitur ab intellectione. Hoc ipsum etiam colligitur ex doctrinæ D. Tho. 1. p. q. 27. art. 1. item 2. cont. gent. cap. 53. item de potentia. q. 8. item 1. p. q. 34. art. 1. ad 2. quo loco dicit conceptum esse aliud quiddam ab actu intelligendi ceu terminum ab eo, cuius est terminus, at terminus realiter distinguitur à terminato, ceu punctus à linea, igitur, etc.

Ratione vero illud ipsum sic ostenditur. Si verbum mentale esset idem realiter, quod intelligere, verbum diuinum esset idem patri, siquidem intelligere in diuinis est vnū & idē. Itē verbum nō intelligeretur actu recto, sed actu reflexo.

Postremo, verbum ipsum non ob aliā rationem ponitur à D. Thoma, ut satis constat ex 1. contra gentes cap. 53. nisi ut obiectum intellectus sit eidem præsens in esse obiectiuo, & terminatiuo, in quo obiecto sic præsente res quæ intelligitur conspiciatur per actum intellectus, est enim intelligere videre quiddam, at videre non est illud quod videtur, neq; illud in quo aliquid videtur, igitur intelligere non est ipsum verbum in quo obiectiuè res intelligitur. Hęc est sent. Capreoli. 1. d. 17. q. 2. est etiam Caietani. 1. p. q. 27. artic. 1. & item Ferrariensis 2. contra Gēt. cap. 53.

Alijs thomistis visum est verbum men-

tale esse distinctum aliquod ab ipso intelligere, non re ipsa, sed formaliter solum, quæ admodum terminus motus distinguitur ab ipso motu, & actio distinguitur à passione. Iam vero verbum respectu operationis intelligibilis habet se vt terminus, ipsa vero intellectio actualis se habet vt motus, intelligere enim est quiddam pati, & moueri. Syluester in conflato. q. 27. art. 1.

Hanc sententiam & hanc D. Thomæ interpretationem refellit Ferrariensis 1. cōtr. Gēt. cap. 53. hoc maximè argumento. Motus, qui est actus imperfecti, & actus existētis in potentia cōparatur ad suum terminum sicut imperfectum ad perfectum, & sicut via ad seipsum sub esse perfectiori, at intelligere est actus perfecti, & existentis in actu, igitur non comparatur ad suum terminum sicut imperfectum ad perfectum, & via ad seipsum sub esse perfectiori, sed potius sicut ad obiectum, iam autem est impossibile, vt primum operationis intelligibilis obiectum sit ipsamet operatio intelligibilis, igitur verbum mentale quod est primum operationis intelligibilis obiectum esse non potest idem quod intelligere.

Ego hoc argumento conuictus in ea aliquando fui opinione & sententia, vt existimarem, verbi ab actu intelligendi diuersitatem non esse formalem, sed realem omnino, & hęc putabam fuisse mentem D. Thomæ. Postea vero re diligentius expensa, & animaduersis alijs D. Thomæ locis, sententiam mutavi, & formalem esse solum inter intelligere, & verbum diuersitatem mihi persuasi. Id quod procul dubio verum est.

Superest vt locos D. Thomæ proferam. D. igitur Thomas 1. p. q. 27. art. 2. demonstraturus diuinum verbum eiusdem omnino esse naturæ cum eo à quo procedit, sic argumentatur. Intelligere Dei est ipsum esse Dei, igitur verbum procedens procedit vt eiusdem naturæ, & substantiæ. Consecutio ob id firma est, quia verbum & intelligere eadem realitatem importat. Alioqui D. Thomæ illa illatio, & cōsecutio nihil omnino haberet firmitatis. Quocirca iuxta expositionem

Alij Thomistæ verbum ab actu intelligendi formaliter, & nō realiter distinguunt.

Author mutauit sententiam.

Coroll.

Apud quosdam Thomistas verbum mentale realiter distinguitur ab actu intelligendi

Verbum est effectus intellectionis.

Verbum est terminus intellectionis.

Angeli intelligunt verbum sui

Coroll.

DISTINCTIONIS XXVII.

Ferrariensis .4. cōtra Gent. cap. ii. deductio  
 Dni Thomæ est huiusmodi. Si intelligi est  
 esse verbi, & intelligi est ipsum intelligere  
 secundū rem, sequitur vt esse verbi sit intelli-  
 gere, ac proinde si intelligere est substantia in-  
 telligentis, efficitur vt esse verbi sit ipsum es-  
 se intelligentis. Differunt ergo verbū & in-  
 telligere, sicut motus & terminus motus, &  
 sicut actio & passio. Nam illa realitas quæ  
 est intellectio prout exit ab intellectu, dicitur  
 intelligere, eadem vero prout terminatur  
 ad intellectum, dicitur intelligi, & quia  
 verbum consistit in ipso intelligi, sequitur  
 vt realitas verbi sit realitas ipsius intelle-  
 ctionis.

Quod autem esse verbi consistat in ipso  
 intelligi patet ex D. Thoma .4. cont. gent.  
 cap. ii. quo loco ait, verbum esse ipsum intel-  
 lectū, prout est in intelligente interiorius. Exi-  
 stimat siquidem D. Thomas intellectū in-  
 telligere formando in seipso rem quā intel-  
 ligit, alioqui non posset rem absentem intel-  
 ligere. Ex quo fit vt verbum nihil sit aliud,  
 quam res quæ intelligitur prout habet esse  
 in intellectu. Verbum enim lapidis est la-  
 pis intellectus.

Hinc iam illud primum consequitur, vt  
 verbum sit eiusdem rationis cum re cuius  
 est verbum, & eandem formam habeat, sub  
 essetamen immateriali, & intelligibili. Ver-  
 bum enim lapidis est illa met res quæ est la-  
 pis, sub alio tamen elendi modo.

Sequitur secundo, esse verbi consistere in  
 ipso intelligi, siue in ipso esse intellectum, &  
 per consequens ipsum intelligi, siue ipsum  
 esse intellectum, esse ipsi reale esse, per illud  
 enim constituitur in esse, vsque adeo vt ces-  
 sante ipso, ipsum verbum non sit.

Sequitur tertio, verbum concurrere vt ter-  
 minans ad intra intellectiōē. Nam si om-  
 nis intelligens format in seipso rem quam  
 intelligit, & res, quæ intelligitur est termi-  
 nus intellectiōis, sequitur vt res intellecta  
 intra intelligētem formata sit terminus in-  
 trinsecus intellectiōis, atqui res intellecta  
 prout habet esse in intelligente interiorius est  
 verbum, igitur verbum concurrat ad intel-

lectionem per modum termini.

Sequitur quarto, ipsum intelligi nihil po-  
 nere in re, quæ intelligitur, ponere tamen  
 aliquod esse reale in eadem re, prout habet  
 esse interiorius in verbo. Nam esse illius rei vt  
 sic est ipsum intelligi.

Sequitur quinto, eandem rem esse verbū  
 apud Thomam, & Scotum, non tamen sub  
 eodem respectu. Nam apud Scotū illa reali-  
 tas quæ est intelligere est verbū, prout exit,  
 & emanat ab intellectu informato specie in-  
 telligibili. Nam intellectus sic actuatus ex-  
 primit ipsum intelligere, & illud exprimere  
 & elicere intellectiōem est ipsum dicere.  
 At apud D. Thomam, illamet realitas intel-  
 lectiōis emanantis ab intellectu informa-  
 to specie intelligibili est verbum, prout ter-  
 minatur ad ipsum intellectum in actu inte-  
 riorius, quod ipsum est intentio intellecta.

Sequitur vltimo, minus benedicere Cai-  
 etanum. i. p. q. 27. art. 2. verbum esse ipsum in-  
 telligere, siue esse ipsius intelligere, esse ipsi-  
 us verbi esse. Non quia verbum sit ipsum in-  
 telligere secundum rem, sed quia ipsum in-  
 telligere sit esse, & actualitas ipsius concep-  
 tus. Iam autem diuersa realiter possunt eo-  
 dē esse existere, vt patet de materia, forma,  
 & cōposito. Minus inquam benedicere Cai-  
 etanus. Nam si esse verbi est ipsum intelli-  
 gi, & ipsum intelligi est idem secundū rem  
 quod intelligere, sequitur vt esse verbi sit se-  
 cundum rem ipsum intelligere. Hallucina-  
 tus est igitur Caiet.

Reliqua est aduersariorum argumento-  
 rum dilutio & explicatio. Ad primū igitur  
 respōdetur, quod cum à D. Thoma dicitur,  
 verbum esse effectum intellectiōis, id est  
 accipiendum improprie, quomodo terminus  
 motus dicitur produci per motū, ceu calor  
 per calefactionem, cui tamen est idem rea-  
 liter, quo etiam modo passio dicitur inferri  
 per actionem, cui tamen est idem. Cum igitur  
 in philosophia non absurde concedatur,  
 passionem esse effectum actionis, cū tamen  
 non realiter, sed formaliter distinguantur  
 3. Phys. ita etiam non absurde dicitur verbū  
 esse effectū intellectiōis, cū tamen nō rea-  
 liter

Esse verbi  
 consistit in  
 ipso intel-  
 ligi ac in-  
 telligi est  
 idem se-  
 cundum  
 rem quod  
 in elige-  
 re, igitur  
 realitas  
 verbi est  
 realitas in-  
 tellectiōis

Coroll. 1.  
 Verbum  
 est eiusde  
 ratiōis cū  
 re cuius  
 est verbū.

Coroll. 2.

Coroll. 3.

Coroll. 4

Coroll. 1.  
 Concilia-  
 tur Tho-  
 mas, et Sco-  
 tus.

Coroll. 6.

Diluatur  
 rationes  
 probantes  
 verbū di-  
 stingi rea-  
 liter ab ac-  
 tu intelli-  
 gendi,

Ad  
 Verbu  
 aliud qu  
 ddam  
 intelli  
 re, nō r  
 liter,  
 formal  
 ter.

Ad  
 Verbu  
 diuin  
 et id  
 quod  
 ellige  
 essent  
 nō ta  
 est id  
 quod  
 ellige  
 notio

Ad

Ad  
 Verbu  
 ipso  
 tellig  
 nō p  
 exit  
 tellig  
 sed p  
 termi  
 eur a  
 intell

Ad

liter sed formaliter ab eadem distinguatur.

Ad 2.  
Verbū est  
aliud quid-  
dam ab  
intellige-  
re, nō rea-  
liter, sed  
formali-  
ter.

Ad secundum respondetur, verbum esse aliud quiddam ab intelligere, aliud inquam formaliter, non realiter. Quemadmodum etiam terminus intrinsecus est aliud quiddam ab eo quod terminat, non secundum rem, sed formaliter solum, ut cernitur in puncto respectu lineae, etiam de sententia D. Thomae de potentia. q. 10. art. 1. ad 2, quo loco dicit punctum non esse aliquid secundum essentiam distinctum à linea, est enim illa met realitas, quae est linea connotando negationem fluxus: ut Sylvester annotavit in conflato. q. 1. art. 2. A prior est responsio, terminum motus non distingui realiter à motu, iam autem intelligere, & verbum habent se sicut motus, & terminus motus, etcetera.

Ad 3.  
Verbum  
diuinum  
est idem  
quod in-  
telligere  
essentiale,  
nō tamen  
est idem,  
quod in-  
telligere  
notionale

Ad tertium dicitur, intelligere essentialiter in diuinis esse commune cum tribus personis, intelligere vero notionale, quod est ipsum idem intelligere cum expressione, non est commune, sed proprium, soli enim personae patris conuenit. Verbum igitur diuinum est idem, quod intelligere essentialiter: non tamen idem quod intelligere notionale quod est pater gignens.

Ad 4.

Ad quartum dicitur, intelligere in ratione objecti apprehendi actu reflexo: intelligere tamen in ratione imaginis apprehendi actu directo, & eodem omnino quo res imagine expressa apprehenditur.

Ad 5.

Verbū est  
ipsum in-  
telligere  
nō prout  
exit ab in-  
telligente,  
sed prout  
termina-  
tur ad re  
intellectā

Ad quintum respondetur, verbum non esse ipsum intelligere, prout exit ab intellectu, sed prout terminatur ad rem intellectam, quod est intelligi passivum, quod ipsum se habet per modum termini, & est effectus intellectiois actiuae, quemadmodum passio est illatio actionis. Damus igitur intelligere actiuum non esse ipsum, quod intelligitur, bene tamen intellectio ut passio est illud quod, vel in quo aliquid intelligitur. Hoc siquidem est verbum ut iam docuimus.

Ad 6.

Ad refutationem porrò Ferrariensis primum dicitur, intelligere comparari ad verbum, sicut imperfectum ad perfectum, namque de multorum sententia, verbum adhibetur propter expressiorem notitiam, & perfectio-

rem rei, quae intelligitur, representationem, ipsa enim notitia verbo suo fit expressior.

Ipsa rei no-  
titia ver-  
bo suo fit  
expressior  
Operatio  
intelligibi-  
lis per mo-  
dum passio-  
nis est  
primum  
operatio-  
nis intelli-  
gibilis ob-  
iectum.

Secundo dicitur, primum operationis intelligibilis objectum esse ipsammet operationem intelligibilem prout se habet per modum passionis, siue prout terminatur ad rem, quae intelligitur, sic enim formatur ad intra res quae intelligitur, quae ut sic formata per intellectum est verbum, quod terminat operationem intelligibilem, terminat inquam interius & immediate.

Egidius Rom. l. d. 27. q. 1. 2. est in eadem cum Diuo Thoma opinione, & sententia. Existimat enim verbum mentale esse mentis conceptionem ex actione intellectus formatam, tum, quia auctore August. 2. de Trinitate. cap. 11. verbum quod foris sonat, signum est verbi quod intus lucet, igitur illud est verbum in mente, quod significat verbum in voce: namque ea quae sunt in voce, signa sunt eorum, quae sunt in mente. 1. perierm. cap. 1. at vox exterior non significat speciem intelligibilem, nam cum leonem voco, non significo speciem intelligibilem informantem ipsum intellectum, neque etiam significat ipsum intelligere, per illud siquidem leonem intelligo, significat igitur id quod de leone concipit intellectus.

Egidij de  
verbo mō-  
tali sentē-  
tia eadem  
ei, quā ha-  
bet D. Tho-  
mas.

Tum, quia verbum non est illud per quod formaliter intelligitur, sed illud in quo obiectiuè intelligimus, igitur verbum est aliud quiddam à specie intelligibili, & ab actu intelligendi. Consecutio patet, quia species est id per quod formaliter intelligimus, & actus intelligendi non habet rationem obiecti, nisi in actu intelligendi reflexo. Hac Egidij sententia sic est interpretanda, ac sententia D. Thomae.

Apud Egi-  
dium ver-  
bum cor-  
dis, est cō-  
ceptio quā  
intellectus  
format de  
re, in qua  
res obiectiuè  
cog-  
noscitur.

Exposuimus Diui Thomae, & sequacium de verbo opinionem, & sententiam. Superest ut aliorum theologorum de verbo mentali sententiam exponamus.

REFERTUR SCOTI, ET  
Durandi de verbo sententia. l. d. 27. q. 1. 2.

Sunt qui in intellectu nihil aliud esse putent praeter speciem intelligibilem, & actum intelle-

intellectus, ac proinde verbum mentale esse necessario aut speciem intelligibilem, aut actum intellectus. Horum igitur sententia duplici conclusione explicatur, quarum hac est prior. Verbum mentale non est aliquid productum ab intellectu per actum intelligendi. Huic conclusioni multis argumentis fidem faciunt. Primum igitur sic argumentatur. Intellectio non est actio productiva termini, nempe cum sit ultima perfectio potentiae ultra quam nihil expectatur, igitur verbum non est forma aliqua ab intellectu producta per actum intelligendi.

Item, impossibile est actionem sine suo naturali termino reperiri, at reperitur intellectio sine verbo, veluti in beatis, qui essentiae divinae clarè conspectae mentalem conceptum minimè efformant, igitur verbum non est terminus intellectionis ab ipsa productus.

Præterea, sensatione, & volitione nihil producit, igitur neque intellectione. Consecutio firma est, quia utraq; est operatio immanens.

Ad hac si verbum esset aliqua forma distincta à specie intelligibili, & ab actu intelligendi producta, illud eveniret profecto, ut intellectus quantumvis perfectus, & ex cultus habitibus intelligibilibus, esset in potentia essentiali, non itidem accidentaria, id quod repugnat communi hominum doctorum sententiae. Sequela probatur. Potentia indigens forma ad hoc ut exeat in actum non solum est in potentia accidentaria, verum etiam essentiali, nempe cum sit in potentia non solum ad operationem verum etiam ad formam, at verbum est aliqua forma producta per intellectum, quæ necessario requiritur ut intellectus exeat in perfectum actum intelligendi, igitur intellectus interim dum actu non intelligit est in potentia essentiali, quantumvis sit perfectus habitibus intelligibilibus.

Postremo, intellectus, neque se se, neque habitus suos neq; figmenta sua cognoscit actu recto: sed reflexo, atqui verbum est figmentum quiddam intellectus, id est, aliquid

effectum per actionem intellectus, igitur non est primū cognitū, obiectivè, & actu recto.

Posterior conclusio. Verbum mentale est ipsamet actualis intellectio. Huic conclusioni sic fidem facit Scotus. Verbum mentale aut est ipsamet forma intelligibilis, aut obiectum cognitum, aut fictū aliquid, & formatum actione intellectus, verbum non est forma intelligibilis, siquidem verbum est perfectum rei, quæ intelligitur, representativum, species vero intelligibilis non item. Nam ipsamet notitia actualis, & rei quæ intelligitur comprehensio, multo perfectius representat. Neque itidem est ipsum obiectum cognitum, nam verbum est quiddam vi memoriae fecundæ editum, ac genitum, obiectum autem cognitum licet ab intellectu gignatur quoad esse cognitum, illa tamen denominatio est ei externa. Postremo verbum non est aliquid effectum, ac productum actione intellectus, quemadmodū priori conclusionem docuimus, relinquatur igitur verbum esse ipsam met notitiam actualem, quam parit memoria fecunda. Est autem memoria fecunda intellectus habens obiectum sibi præsens in specie intelligibili. Ab hac siquidem paritur notitia perfecta, quæ verbum dicitur.

Itaque de sententia Scoti, parens est intellectus habens obiectum præsens in sua specie, proles vero notitia, quæ inde paritur, atque profunditur. Nam ut, inquit, August. ex obiecto, in specie .s. intelligibili representato, & ex potentia paritur notitia.

Durandus eandem conclusionem cum multis ex D. Augustino testimonijs confirmat, tum ratione etiam & argumento ostendit. Ac testimoniorum hac duo sunt potissima. Etenim nono de Trinit. libro sic ait. Est quadam imago trinitatis ipsa mens, & notitia eius, quæ est proles eius, & de se ipsa verbum eius: & amor tertius. Decimo vero quinto de trinitate libro sic ait. Formata cogitatio est verbum. Formatam cogitationem appellat, non formam aliquam actione intelligendi productam, sed ipsum met actum intellectus elicitum, & expressum.

Verbum mentale apud Scotum est ipsamet actualis intellectio.

Memoria fecunda est intellectus habens obiectum præsens in specie intelligibili. Ex intellectu siquidem sic informato paritur notitia.

Durandi eadem est sententia, & opinio.

Apud Augustinum verbum est formata cogitatio.

Verbi talis nra in eo sicut videtur intellectus apud intellectum manifestet.

Ipsa re gnatio compratio ha ratione primi bi.

Refuta opinio Scoti Durandi

*Vtriusque sententiae et opinionis defensio.*

Argumento vero sic ostendit. Manifestatiuum per essentiam est verbum, at notitia rei est eiusdem apud intellectum per essentiam manifestatiua, est igitur illa ipsummet intellectuale verbum. Maior propositio ex eo intelligitur, quia verbi mentalis vis & natura in eo vniuersa consistit, vt rem intellectam apud intellectum manifestet. Minor ostenditur. Omne tale denominatione extrinseca, reducitur ad aliquid tale per essentiam, quemadmodum sanum, quod dicitur de lotio tanquam de signo, de arte medica tanquam de causa effectrice, dicitur de animali tanquam de re subiecta sanitati, at esse manifestatiuum dicitur de voce tanquam de signo, de specie tanquam de similitudine, igitur de cognitione ipsa tanquam de manifestatiuo per essentiam. Ex quo efficitur vt cognitio habeat rationem primi verbi.

Verbi mentalis naturam in eo consistit vt rem intellectualem apud intellectum manifestet.

Ipsa rei cognitio & comprehensio habet rationem primi verbi.

Refutatio opinionis scoti, & Durandi.

Hac tamen Scoti ac Durandi de verbo sententia his argumentis improbatur. Verbum est terminus actus dicendi, nam dicere est proferre verbum, ex quo efficitur vt verbu sit terminus actus dicendi, atqui notitia actualis non est terminus actus dicendi, igitur notitia actualis nullo modo habet rationem verbi. Minor ostenditur. Terminus actionis non est actio, alioqui actionis esset actio, & ita fieret abitio in infinitum, igitur actus intelligendi non est terminus actus dicendi.

Secundo, idem est verbum in nobis, & in Deo, atqui in Deo verbum non est actus intelligendi, igitur neque in nobis. Minoris probatio. Si in Deo intelligere esset verbu, pater verbo intelligeret, itaque fieret vt pater esset verbo, vt colligit August. 7. de Tri. cap. 9. igitur, etc. Sequela patet. Quicumq; intelligit actu intelligendi intelligit, igitur si verbum in diuinis est ipsum intelligere, pater verbo suo intelligeret.

Tertio, emanatio verbi in diuinis est realis, igitur notitia actualis in Deo obtinere non potest rationem verbi. Cōsecutio probatur. Siquidem emanatio operationis intelligibilis in diuinis, quae est notitia actualis, est emanatio secundum rationem.



Voniam vtraq; de verbo mentali sententia grauissimos habeat authores, vtraq; defendi, & asseri potest. Quocirca ad vtranque partem confirmandam allata argumenta diluenda nobis sunt. Principio D. Thomae sententiam sic vindicandam & asserendam putamus.

Diluuntur argumēta cōtra opinionē D. Thomae.

Ad primum igitur argumentum sumptū ex Aristot. doctrina. 9. Metaphys. variè respondent D. Thomae studiosi. Capredus. l. d. 27. ait. per actionem immanentem nihil produci ad extra, quemadmodum per actionem transeuntem, produci tamen aliquid ad intra quod ipsum est terminus interior operationis intelligibilis.

Ad 1. Per actionē immanentē nihil produci, quo pacto sit intelligendum. Capredus.

Ferrariensis. l. cont. Gent. cap 53. item. 10. eodem ferè modo respondet, Namq; Arist. sententiam sic putat esse intelligendam. Per actionem immanentem nihil producitur, quod sit extra potentiam operantem, sed tamen produci potest aliquid quod intra potentiam operantis contineatur. Et ob hanc causam operatio immanens, dicitur actus vltimus potentiae, quia .s. ex ipsa non inferitur aliquid in materia externa productum, quod sit finis ipsius: cōtra res habet in actione transeunte. Hac interpretatio proxime accedit ad mentem Arist. 9. Metaphys. Hoc enim dicit esse discriminis inter actionem immanentem, & transeuntem, quoniam actio transiens est in eo ad quod tanquam productum terminatur, ceu calefactio in calefacto, & aedificatio in aedificato. At actio immanens non est in eo ad quod terminatur, sed in eo potius à quo egreditur intellectio enim non est in eo quod intelligitur, sed in ipso potius intelligente, vnde & perfectio dicitur operantis, non operati.

Ferrariensis.

Operatio transiens est in eo ad quod terminatur, at operatio immanens non item, sed in eo potius à quo egreditur

Syluester in conflato. q. 27. art. 1. hoc ipsū sic apertius, & dilucidius explanat. Hoc interest inter actionem immanentem ac transeuntem quoniam id quod producitur actione transeunte non solū egreditur extra formale principium operantis, verum etiam

Syluester

extra



DISTINCTIONIS XXVII.

Quod pro  
ducitur a  
ctione tra  
seu e exit  
non solū  
extra for  
male prin  
cipiu ope  
rantis tā  
quam esse  
ctus eius,  
verū etiā  
extra ope  
rantem ip  
sum, atqđ  
produci  
tur a ctio  
ne imma  
nente exit  
extra for  
male prin  
cipiu ope  
rantis, no  
tamen ex  
tra ope  
rātem.  
Caietanus  
Conrad⁹

extra operantem ipsum, quod ipsum est fi  
nis operantis. At quod producitur a ctione  
immanente egreditur illud quidem extra  
formale principium operantis, non tamen  
extra operantem, sed in ipso recipitur. Per  
actionem ergo immanentem nihil produ  
citur, quod sit non solū extra formale prin  
cipium operantis, verum etiam extra ope  
rātem, quomodo res habet in actione transe  
unte. Verbum igitur mentale, quod est effe  
ctus intellectiois vt sit extra intellectum  
informatum specie intelligibili, non tamen  
est extra ipsum intelligentem.

Caietanus. 1. p. q. 27. art. 1. & Conradus. 12.  
q. 90. art. 4. bifariam respōdent: vno modo,  
quod propositio Aristotelica, nepe per acti  
onem immanentem nihil produci, sit vera  
quoad necessitatem, id est, non necessario  
habeat operatum, sed permissiue. Ita inter  
actionem immanentem, & transeuntē hoc  
interest, quoniam hæc necessario habet ope  
ratum, immanens vero non necessario, sed  
permissiue.

Altero modo veram esse putant Aristot.  
propositionem quoad ordinem, ita vt inter  
actionem immanentem, ac transeuntē hoc  
interest, quoniam operatum in actione tran  
seunte est finis operationis, ad illud siquidē  
operatio ordinatur. At operatū in actioe im  
manente non sic habet. Non enim est finis  
operationis, sed ipsum potius ad operationē  
ordinatur. Neque enim intelligere ordina  
tur ad verbum, sed contra conceptus ipse  
mentalis ordinatur ad intelligere. Est enim  
propter perfectionē ipsiusmet intellectio  
nis. Hæc posterior expositio non abest ab  
Aristot. mente, & sensu, quemadmodū con  
stare poterit ei, qui Arist. verba 9. Metaphy.  
cap. 9. posita attentius expendit.

Ad 2. cō  
tra opini  
onem D.  
Thomæ.  
Ad secundum respondet Caiet. 1. p. q. 27.  
art. 1. veram esse maiorem illam propositio  
nem in actione, quæ necessario habet ali  
quod operatum, cuiusmodi est actio trans  
iens: non tamen in actione cuius est aliquod  
operatum permissiue, non necessario.

Ferrariēf. Ferrariensis. 1. cont. Gent. cap. 53. Minore  
putat distinguendam. Nam etsi intellectio

prout est huius, vel illius intelligentis possit  
sine termino reperiri, etenim filius in diui  
nis intelligit, & tamen intelligendo verbū  
non producit, eodem etiam modo spiritus  
sanctus, simplicitertamen & absolute intel  
lectio sine termino minimè reperitur, siqui  
dem verbum mentale sit intrinsecus termi  
nus operatiōis intelligibilis. Vnde ipsamet  
intellectio in diuinis, si minus in filio aut  
spiritu sancto, certè in patre est productiua  
verbi. Ita sit vt diuina intellectio simplici  
ter verbo suo ac naturali termino minimè  
careat.

Vel dicitur ad minorem, beatos etiā for  
mare verbum de essentia diuina conspecta.  
Etenim necesse est rem intellectam esse in  
ipso intelligente, atqui beatus intellectus  
apprehendit ipsam diuinam essentiam, sic  
igitur diuina essentia in intellectu beati ne  
cesse est, aut igitur est ibi per speciem impres  
sam, aut expressam, non per speciem impres  
sam creatam, siquidem nulla ibi sit, siquidē  
ipsa diuina essentia secundum se immēdia  
tē vniatur beato intellectui ipsum actuans  
non per modum formæ inhærentis, sed per  
modum formæ assistentis, est igitur ibi per  
speciem expressam: datur igitur in mente  
beati verbum diuinæ essentiæ clarè visæ.  
Quemadmodum enim verbum lapidis, est  
lapis intellectus, sic etiam verbum essentiæ,  
& ipsamet diuina essentia intellecta.

Cum vero contra obijcitur, diuinam es  
sentiam per nullam similitudinem creatam  
cerni posse, negatur illud, Nam & ipsamet  
intellectio creata, qua diuina essentia ani  
mo comprehenditur, est similitudo & ima  
go naturalis diuinæ essentiæ repræsentati  
ua, repræsentatiua inquam clarè, & expres  
se. Quamuis igitur verbum creatum diuinæ  
essentiæ, prout est terminus notitiæ abstra  
ctiua, & prout formatur ab intellectu infor  
mato specie intelligibili non sit distinctè &  
expresse repræsentatiuū ipsius diuinæ es  
sentiæ, prout est termin⁹ notitiæ intuitiue,  
& formatur ab intellectu actuato ipsamet  
essentia diuina per modum speciei intelli  
gibilis, est distinctè, & expresse, ac naturali  
ter

Verbū mi  
tale est na  
turalis ter  
minus in  
tellectiois  
simplici  
ter & abso  
lute, non  
tamen in  
hoc vel il  
lo.

Beati intel  
ligendo  
sentiam  
uinā for  
mant ver  
bum.

Nota.  
Licet diui  
na essen  
tia nō pos  
sit repre  
tari p ver  
bū creatū  
prout for  
matur ab  
intellectu  
informa  
to specie  
intelligi  
bili, & est  
terminus  
notitiæ ab  
stractiue,  
potest ta  
men disti  
ctè & ex  
presse re  
presentari  
per verbū  
formatū

ab int  
tu act  
to ipse  
essentia  
modū  
dei int  
ligibili  
erant  
obiec  
vehem  
tissima

obiec  
secun

Ad pr  
rem ob  
tione  
ponso

Ad po  
tiores

ter representatiuū essentiaē diuinā clarē visē.  
Etenim ex ipso, & ex diuina essentia actua-  
te intellectum ipsius beati, completur vnū  
perfectum manifestatiuum diuinā essentiaē.

Obijcitur tamen contra vehementissi-  
mē. Quemadmodum se habet diuina essen-  
tia ad actuandum intellectum humanum,  
& comprincipiandam visionem sui, eodem  
modo se habet ipsa diuina essentia ad ter-  
minandam visionem ipsam, non enim est  
efficacior ad coeliciendum quam ad termi-  
nandum: atqui diuina essentia immediatē  
se ipsa actuat intellectū hominis, licet non  
per modum formæ inhaerentis, sed intime  
assistentis, & cum intellectu sic actuato co-  
elicit, siue comprincipiat visionem: igitur  
eadem essentia intellectui humano præsen-  
tissimā, immediatē secundū suum esse na-  
turale potest terminare visionem beatifi-  
cam, & esse obiectum actu operationis in-  
telligibilis.

Adde, quia cum propria rei similitudo sit  
illud, quod res ipsa, sit in quam illud quid-  
ditatiuē, nam conceptus domus est ipsamet  
domus quidditatiuē, estque eiusdē speciei,  
solo differens essendi modo, atqui Deus  
est suum esse, estque esse infinitum super  
eminenter continens omne esse, nulla au-  
tem creatura, sub quocunque modo essendi  
ponatur, esse potest suum esse, aut esse potest  
ens infinitum, sequitur vt nulla res creata  
esse possit ppria, & expressa Dei similitudo.

Horum argumentorum haud est diffici-  
lis explicatio. Ad primum negatur maior,  
Deus enim seipso potest supplere vicē for-  
mæ actuantis, & comprincipiantis actionē  
intelligibilem, non tamen potest supplere  
vicem termini, siquidem impossibile est  
actionem reperiri sine suo naturali termi-  
no, cum ergo operatio intelligibilis in actu  
per se habeat habitudinem ad aliquid non  
solum vt obiectum, verum etiam vt opera-  
tum, sequitur vt actu esse non possit, nisi sit  
aliquid ipsam terminās, quod ipsum se, ha-  
beat non solum vt obiectum, verum etiam  
vt operatum. Hoc autem est verbum.

Ad secundum dicitur, nullam creaturam

esse posse suum esse, aut ens infinitum for-  
maliter, bene tamen obiectiuē, siue repræsen-  
tatiuē. Lapis enim intellectus est substantia  
obiectiuē, siue repræsentatiuē. Sic etiā crea-  
tura est diuinum illud esse obiectiuē, siue  
repræsentatiuē.

Hæc opinio ad hunc modum sit defensa.  
Probabilius tamen dicitur quod beati nullū  
diuinā essentiaē visā effingant verbū. Quē-  
admodum enim diuinā essentiaē per nul-  
lam aliam speciem intelligunt, nisi per ean-  
dem met essentiam, ita etiam diuinā es-  
sentiam in nullo alio verbo nisi in diuino,  
& increato intuentur. In quo verbo increa-  
to repræsentantur intellectui beato Deus,  
& creatura. Quocirca priores argumēti so-  
lutiones sunt amplectendæ. Ait etiā Caiet.  
1. p. q. 27. articul. 1. propositionem illam Di-  
ui Thomæ, nempe, quicumq; intelligit, hoc  
ipso quo intelligit, format verbum rei in-  
tellectæ ex notitia, & ex vi intellectuua pro-  
cedens, non pronūciare simpliciter de vni-  
uerso intelligentium genere, sed de viato-  
ribus duntaxat. Nos enim intelligēdo sem-  
per formamus verbum. Iam autem Diuus  
Thomas ex ijs, quæ in nobis reperiuntur  
manuducit nos ad intelligētiā diuini verbi.

Ad tertium, negatur consecutio. Multum  
enim interest inter intellectionem, & vo-  
litionem. Etenim volitio neq; format suum  
obiectum, neq; ipsius est conceptiua. Volū-  
tas namq; tēdit in rem prout habet esse na-  
turale, & reale extra animum, sic enim solū  
habet rationem finis, & appetibilis. At in-  
tellectio est conceptiua sui obiecti, & ipsius  
efformatiua. Non enim intellectus tendit  
in rem secundum esse naturale, & locale,  
quod habet extra animam, sic enim ipsi nō  
est sufficienter præsens: sed secundum esse  
quod habet in animo, sic enim res intelle-  
cta consequitur vt sit sufficienter præsens  
ipsi intellectui. Hinc iam efficitur, vt in-  
lectione aliquid producat, volitione vero  
non item. Hoc ipsum est etiam de sensatio-  
ne sentiendum.

Ad quartum, negatur sequela. Ad proba-  
tionem vero dicitur, Maiorem esse veram,  
quando

Nulla crea-  
tura esse  
potest ens  
infinitum  
formaliter  
bene tamē  
obiectiuē  
siue repre-  
sentatiuē

Probabi-  
lius dicitur,  
beatos nō for-  
mare ver-  
bū de di-  
uina essen-  
tia visā.

Ad 3.  
Intellectus  
est conce-  
ptiuus sui  
obiecti &  
formatiuus  
voluntas  
non item.

Ad 4.

ab intelle-  
ctu actua-  
to ipsamet  
essentia per  
modū spe-  
ciei intel-  
ligibilis.  
etcæt.  
obiectio  
vehemē-  
tissima.

ati intel-  
lendo  
atlam di-  
nā for-  
ant vt  
m.

obiectio,  
secunda.

ota.

et diu-  
esset  
nō pot-  
repre-  
i p ver-  
creatu-  
ut for-  
tur ab  
ellectu  
orma-  
specie  
elligi-  
, & est  
minus  
iti ab  
ctiue,  
est ta-  
n disti-  
& ex-  
sse re-  
sentari  
verbi  
matū

Ad prio-  
rem obie-  
ctionē re-  
ponso.

Ad poste-  
riorem.

DISTINCTIONIS XXVII.

Ad s.  
Verbum  
prout est  
res apprehenditur  
actu reflexo, idem  
tamen prout est imago,  
apprehenditur  
actu recto  
eo. s. quo  
apprehenditur  
obiectum principale  
Dilatatur  
Scoti &  
Durandi  
fundamentata.

quando illa forma est prout actioni: iam autem verbum mentale non est forma prout actioni intellectus, sed terminans potius actionem intellectus, & per eandem constituta.

Ad quintum respondetur, verbum prout est quaedam res, & sub ratione obiecti cognosci actu reflexo, at prout est imago rei extra quam intelligitur, quæq; in verbo repræsentatur, cognosci actu recto, eodem. s. quo cognoscitur principale obiectum. Nam idem est motus in imaginem, & in rem cuius est imago.

Superest ut ad motum Scoti, & Durandi respondeamus. Ad fundamentum igitur Scoti respondetur verbum in mente esse aliquid formatum per actionem intellectus, & negatur actionis immanentis non esse aliquod operatum, ut iam exposuimus.

Ad fundamentum vero Durandi, concedimus primum verbum esse manifestatiuum per essentiam, negatur tamen hoc ipsum actuali notitiæ convenire. Nam verbum non solum est rei manifestatiuum per essentiam, sed etiam expressum ab alio, in quo obiective res intelligitur. Id quod non convenit notitiæ actuali. Nam etsi manifestatiua sit rei per essentiam, & præterea sit expressa ab intellectu, non tamen est illud in quo obiective res per actum intelligendi videtur. Quemadmodum neque visio est illud in quo res cernitur, sed est ipsamet rei intellectæ apud intellectum formalis manifestatio. Est igitur verbum apud D. Thomam similitudo expressa, obiective & terminative rem ipsi intellectui repræsentans, atque manifestans. Ita D. Thomæ opinio sit defensa.

¶ Defensio, et explanatio opinionis Durandi, et Scoti.

Pro Scoto igitur & Durando. Ad primum argumentum, quo est eorum sententia refutata, facile respondebitur si fuerit explicatum, quænam, et qualis sit illa actio, quæ est dicere, per quam verbum producit. Namque de omnium sententia dicere intellectualiter, est verbum proferre, vnicui

tamen Durandum excipimus, is siquidem existimat dicere non esse idem quod verbum proferre, sed intellectum habere verbum, hoc est, intellectum ipsa rei notitia informari. Ac hoc solo dissidet Durandus à Scoto & à cæteris omnibus, qui verbum esse statuunt notitiam actualem.

Cæterum hoc posito, nempe quod dicere intellectualiter nihil est aliud quam proferre verbum in mente, quemadmodum dicere vocaliter est proferre verbum in voce, iam versatur in controuersia vtrum ipsum dicere in sua ratione claudat actum intelligendi, an solam productionem?

De sententia D. Thomæ, qui verbum esse putat productum aliquid per actionem intellectus, omnino dicere in sua ratione claudat actum intelligendi. Est enim apud ipsum dicere, intelligendo exprimere, siue exprimendo intelligere. At de sententia Scoti, qui verbum esse dicit ipsam met notitiæ actualem, dicere in sua ratione non includit actum intelligendi, licet ipsum dicere sit actus intellectus. Ita apud Scotum quodlibet. 1. q. 1. ar. 3. Duplex in mente, cum loquimur, actus secundus reperitur, vnus qui terminatur ad cognitionem, quo. s. producit, elicitur, atque inducitur ipsa cognitio, alter vero, qui est actus cognoscendi, ipsa videlicet cognitio actualis. Qualis vero sit ille secundus actus, quo ipsum intelligere producit, Scotus minimè explicauit, explanandum autem suscepit ad mentem Scoti, Syluester in conflat. q. 27. articulo 1.

Notandum est igitur de sententia Scoti, quodlibet. 1. q. 1. ar. 3. in actione transeunte duo effecta reperiri, quorum vnus immediate emanat ab agente, nempe ipsa actio transeuntis, veluti calefactio. Nam calidum immediate producit calefactionem. Alterum vero mediate, hoc autem est subiectum subforma caloris, nempe calidum quod est effectus calefactionis, siue calefacientis ignis media calefactione. Cum sint igitur duo effecta, vnus immediatum, alterum mediatum, sunt etiam duo principia illatiua formalia illis effectis respondentia, Ac effectus imme-

Vtrum dicere in sua ratione claudat actum intelligendi, an solam productionem.

Apud D. Thomam dicere, est intelligere exprimendo, siue exprimere intelligendo.

Apud Scotum, dicere est actus intellectus, non tamen est intelligere.

In actione transeunte duo effecta reperiri, vnus immediatum, nempe ipsa actio que emanat ab agente, alterum mediatum nempe ille terminus ad quem terminatur actio. Prioris effectus principium est forma agentis sub relatione actuali ad obiectum.

Verbum est similitudo expressa ab intellectu, obiective, & terminative rem ipsi intellectui manifestans. Illud plus conuenit notitiæ actuali, hoc posterius non item.

Dicere intellectualiter est verbum proferre.

Posteris vero principium est ipse actus transiens.  
Duplex actio, nam elicitur actus transiens, seu notitia que est actio intellectus. Alia ipsa manifestans est actus proprius sic res bet in intellectu.

Posterioris vero principium est ipsa actio transiens.

immediati, nepe calefactionis formale principium est calor ignis sub relatione actuali ad obiectum: posterioris vero effectus principium est suppositum ipsum agens, siue ipsa calefactio, quae terminatur ad calorem productum.

Duplex actio, vna elicitiva actionis transeuntis, quae est actio large. Altera vero est transiens extra formale principium agentis, quae habet pro termino immediato ipsum subiectum sub forma vt calefactio, cuius terminus est calor productus. Haec porro est actio proprie.

Hinc iam intellige duas actiones, quarum vna est manens in agente elicitiva actionis transeuntis, quae est actio improprie & large. Est autem ea habitudo, siue applicatio formae ad obiectum, habens pro termino immediato actionem ipsam transeuntem. Altera vero est transiens extra formale principium agentis, quae habet pro termino immediato ipsum subiectum sub forma vt calefactio, cuius terminus est calor productus. Haec porro est actio proprie.

Sic res habet in intellectu.

Sic omnino res habet in intellectu, ibi enim cernimus duo effecta emanantia, immediatum vnum quod est dicere, mediatum alterum quod est verbum. Principium dictionis est intellectus sub specie intelligibili, principium vero verbi est ipsa dicitio. Nam dicere est activa emissio, siue expressio verbi

Apud scotum, duplex est actus intellectus, vnum expressiuum, qui est dicere. Alter expressus, & elicitor, qui est intelligere.

Hinc collige primum, in intellectu esse duplicem actum secundum, vnum expressiuum, qui est dicere. Est autem dicere, intellectus cum specie sub actuali relatione ad obiectum, alterum expressum & elicitor, qui est intelligere, siue ipsa notitia actualis, quae est immediatus terminus dictionis.

Dicere apud scotum est emanatio intellectus ab intellectu, specie rei intelligibilis informato, quae emanatio large est intellectio, proprie tamen est actus intellectus.

Secundo collige, duplicem esse intellectionem vnam expressiuam, quae est operatio large, & est intellectus cum specie sub relatione actuali, alteram elicitor, & genitam, quae est ipsa notitia, & cognitio actualis rei, expressa ab intellectu dicente, quae ipsa est verbum.

Tertio colligit Syluester, quod cum S. Thomas ait, verbum esse effectum intellectionis, & quiddam ab intellectu, & ex ipsius notitia procedens, accipit intellectionem pro intellectione expressiuam quae est dicere, non autem pro intellectione genita, & expressa, quae est ipsa cognitio actualis. Ac in hunc modum inter se Thomas, & Scotus conciliatur.

Ad formam igitur argumenti responde-

tur iuxta doctrinam Scoti l. d. 3 q. vltima, actionem de genere actionis non esse terminum productum per actionem, quae est alicuius non solum vt obiecti, sed etiam vt operati, alioqui fieret in infinitum progressio. Iam autem intellectio non est actio de genere actionis, siquidem vt fit alicuius vt obiecti, non tamen vt operati, sed est qualitas ad primam speciem pertinens, connotans tamen ordinem ad obiectum tanquam terminum.

Si dicas, qualitati repugnat habere obiectum circa quod, vtpote quia sit ens absolutum, igitur notitia non est qualitas.

Item, ad primam qualitatis speciem referuntur actus primi, at notitia est actus secundus, igitur, etc.

Ad primum respondetur, intellectionem non importare quidditativam, & formaliter ordinem ad obiectum, ceu ad terminum, sed concomitanter, ac proinde est ens per se absolutum, & qualitas. At actio de genere actionis importat quidditativam ordinem ad terminum productum.

Ad secundum respondetur, a prima specie excludi actus secundos, qui sunt actus de genere actionis: iam autem actiones immanentes non sunt actus de genere actionis. Sunt tamen actus secundi quatenus connotant ordinem ad obiectum.

Superest vt ad secundum argumentum respondeatur. Quoniam vero illud argumentum postulat, vt explicetur quid sit verbum in diuinis, notandum in diuinis esse duplex intelligere, vnum essenziale, alterum vero notionale. Intelligere essenziale est illud intelligere quo formaliter Deus intelligitur, quo eodem pater, filius & spiritus sanctus intelligunt. Intelligere vero notionale est illud idem intelligere connotando expressionem quandam, quam expressionem habet intelligere diuinum, prout est intellectus paterni.

Ponuntur ergo nonnullae conclusiones, hac est prima. Intelligere essenziale, quae est operatio, qua Deus formaliter intelligitur, non est verbum in diuinis. Probatio. Verbum in diuinis est aliquid realiter productum, at intel-

Ad 1. contra opinionem Scoti.

Intellectio non est actio de genere actionis, quia licet sit alicuius vt obiecti, non tamen est alicui vt operati.

Intelligere importat ordinem ad obiectum, non quidem essentialiter, sed concomitanter.

Ad 2. contra opinionem Scoti.

In diuinis duplex certitur intelligere vnum essenziale, alterum notionale, quod realiter est illud idem connotando expressionem quandam.

Intelligere, quo Deus formaliter intelligitur non est verbum in diuinis.

DISTINCTIONIS XXVII.

at intellectio qua Deus formaliter intelligit, non est aliquid realiter productum, est enim ipsa met diuina essentia, & ipse met Deus, intellectio igitur qua Deus formaliter intelligit, non est verbum in diuinis. Nisi forte late, sumendo .s. verbum pro notitia declaratiua solum: iam autem verbum non solum importat notitiam declaratiuam, sed etiam genitam, & expressam.

Secunda cōclusio. Verbum in diuinis non est intelligere notionale, siue expressiuum. Probatio. Intelligere notionale est actiua productio, & emissio verbi, igitur intelligere notionale in diuinis non est verbū. Consecutio patet, quia alioqui verbum in diuinis esset idem quod producens verbū, quod ipsum est pater.

Tertia conclusio. Verbum in diuinis est notitia genita. Probatio. Verbum in diuinis est terminus actus dicendi, atqui terminus actus dicendi, est notitia genita, igitur verbum in diuinis est notitia genita.

Pro maiori huius conclusionis intelligentia illud est magnopere notandum, intellectionem esse & ipsius intellectus specie intelligibili informati actiue, hoc est, vt intelligere, verbi autem passiuē, hoc est, vt intelligi. Est enim intellectio ipsius intellectus vt principij, verbi vero, vt termini, ita fit vt intellectio passiuā, quæ est dici, sit esse ipsius verbi. Verbum enim consistit in eo, quod est esse interius actu intellectum. Cum ergo dicitur verbum in diuinis esse notitiam genitā, ibi notitia accipitur non pro actu cognoscendi, qui est ipsius Dei vt cognoscētis, sed pro intellectione passiuā, & elicitā, quæ est alicuius vt termini.

Cum ergo in maiori argumenti secundi dicitur, idem esse verbum in diuinis, & in nobis: negatur maior. Nam verbum in Deo est aliquid expressum actu intelligendi diuino, qui vt in patre est productiuus. At verbum in nobis est ipsa met actualis cognitio per actum intellectus expressa, qui est actio large, & improprie, vt iam docuimus. Ad minorem vero dicitur, verbum accipi duobus modis, latius .s. & pressius. Verbū la-

tius acceptum est notitia declaratiua solū, verbum vero pressius acceptum est notitia declaratiua expressa, & genita. Priori modo ipsa notitia actualis Dei, qua formaliter intelligit est verbum, & sic pater intelligit verbo: posteriori vero modo, non item, ob eam rationem, quam ibi ad probationē minoris attulimus.

Ad tertium iam ex ijs, quæ paulò ante dicta sunt, aperta est responsio.

Superest vt motiuum, siue fundamentum opinionis D. Thomæ diluamus. Concessa igitur maiori propositione, negatur minor, nempe quod præsentia obiectalem rei apud intellectum non efficiat species intelligibilis. Namq; species intelligibilis spectari potest duobus modis, vno modo, vt est habitus quidam intellectus in actu primo ipsū reponens, altero modo, vt imago quædam rei intellectæ, priori modo concurrat effectiue ad intellectionē. Nam intellectus tali forma actuatus intelligit. Posteriori vero modo terminatiue, non secundum se: non enim cognitio ad ipsam speciem terminatur, sed secundum rem in ipsa & per ipsam representatam, ad quam vltimo cognitio ipsa terminatur, quæ vt sic habet esse intelligibile, & spirituale.

Si dicas, habet igitur species intelligibilis rationem verbi. Consecutio probatur, siquidem verbum est illud in quo obiectiue res intelligitur, sic autem apud te est species intelligibilis.

Respondetur negata consecutione. Nam verbum præter habitudinem exemplaris, importat etiam habitudinem expressi, siue producti ab ipsa met memoria fecunda, quam habitudinem non importat species intelligibilis, sed ipsa met notitia, quam intellectus actuatus specie intelligibili parit, atque profundit.

Obijci tamen contra potest, verbum est illud in quo obiectiue res intelligitur, idq; expressum, & emanans, at notitia rei nō est illud in quo obiectiue res intelligitur, igitur notitia actualis nullo modo est verbū. Minor patet, quemadmodum se habet visio ad id quod

Pater intelligit verbo, accipiendo verbum pro notitia declaratiua solū, & non expressa, siue elicitā, siue genita.

Ad 3.

Diluitur fundamentum.

Species intelligibilis accipitur dupliciter, vt habitus .s. & vt imago rei intellectæ.

Species intelligibilis vt imago effectiue præsentia obiectalem rei apud intellectum.

Obiectio,

Obiectio vehemensissima.

Intelligere notionale non est verbū in diuinis.

Verbū in diuinis est notitia genita.

Intellectio passiuā quæ est dici, est esse ipsius verbi in diuinis. Et hoc significat notitiā genitā.

Ad fornam argumenti.

Non est idem verbū in nobis, & in Deo.

id quod videtur, & in quo illud idem obiecti-  
uè cernitur: ita se habet intellectio, quæ vi-  
sio quædam spiritualis est, ad id quod intel-  
ligitur, & ad id in quo illud idem obiecti-  
uè intelligitur, atqui visio non est id quod vi-  
detur: neque illud in quores videtur, igitur  
neque intelligere est id quod intelligitur,  
neq; id in quo obiecti-  
uè intelligitur.

**Responsio** Dicimus rem, quæ intelligitur fieri præsen-  
tem apud intellectum non solum per spe-  
ciem intelligibilem: verum etiam per actû  
ipsius intellectus, siquidem vtrunq; est simi-  
litudinis rei cognitæ, & intellectus informa-  
tus cû specie rei, tum ipsa cognitione asimi-  
latur rei cognitæ. Caterû diuerso modo re-  
præsentat species intelligibilis, & ipsa met  
intellectio. Species enî repræsentat vt ima-  
go in qua, & per quâ res cernitur, at ipsa met  
cognitio repræsentat formaliter, id est, est ip-  
sa met formalis rei repræsentatio dans ef-  
se cognitum, & esse obiectiuum, ita vt in  
ipsa res obiecti-  
uè appareat potentia cog-  
nitrici. Verbum igitur mentale non tam est  
id in quo obiecti-  
uè res videtur, quam ipsa  
met formalis rei, quæ videtur, siue intelli-  
gitur repræsentatio apud intellectû. Sic etiam  
visio est formalis rei apud visum repræsen-  
tatio.

**Dubitatio.** Dubitatur de illo quod diximus, speciem  
prout imago est concurrere ad intellecti-  
onem terminatiuè non secundum se, sed  
secundum rem in ipsa repræsentatam. Ete-  
nim vt sic concurrat etiam principiatiuè.  
Nam authore Augustino, ex potentia &  
obiecto paritur notitia, at non ex obiecto  
secundum se, igitur ex obiecto in specie in-  
telligibili repræsentato, concurrat igitur spe-  
cies vt imago ad ipsam intellecti-  
onem prin-  
cipiatiuè. Dicimus obiectum in ordine ad  
intellectum sortiri duplex esse, scilicet ef-  
se intelligibile, & immateriale, & esse cog-  
nitum, illud prius esse consequitur ex spe-  
cie intelligibili, hoc vero posterius ex ipsa  
eius comprehensione, & cognitione. Ob-  
iectum igitur sub esse intelligibili concur-  
rit ad intellecti-  
onem principiatiuè, quem-  
admodum & ipsa species intelligibilis in

qua & per quam repræsentatur, idem vero  
obiectum sub esse cognito concurrat ad in-  
tellectionem terminatiuè. Est enim illud  
ad quod ipsa cognitio terminatur, dans ei  
esse cognitum & obiectiuum actu, ipsa ve-  
ro species dat illud habitu duntaxat. Ac in  
hunc modum Scoti & Durandi opinio sit  
explicata, atque defensa. Reliquum est vt  
nostrum de vtraque sententia, & opinione  
iudicium interponamus.

**¶ Authoris de vtraq; sententia iudiciû.**

**N**ostrum igitur de vtraq; sententia  
iudiciû per duas propositiones ex-  
ponendum putauimus. Prima pro-  
positio. Opinio dicens verbum mentale ef-  
se formam aliquam ab actu intelligendi pro-  
ductam, est ad explicandam diuinam genera-  
tionem accommodatior. Namq; verbû in diui-  
nis est aliquid productû ab intellectu pa-  
terno per actû intellectus, distinctû realiter  
à producente. Quod vero ad rei veritatē at-  
tinet non multû habet probabilitatis, siqui-  
dem in intellectu nihil videatur aliud sta-  
tuendum, quam species intelligibilis, & no-  
titia quam parit intellectus specie rei intel-  
lectæ informatus, quæ species rem cogno-  
bilem præsentem facit apud intellectum,  
quam eandem etiam præsentialitatem effi-  
cit ipsa met notitia actualis, quamuis diuer-  
so modo vt annotauimus.

Secunda propositio. Opinio dicens ver-  
bum esse ipsam met actuale cognitionem,  
licet ad explicandam diuinam generationem  
non sit æquè accommodata, atq; prior illa sen-  
tentia, est tamen vero similior, atque proba-  
bilior, siquidem in intellectu non videatur  
aliud collocandum, quam species intelli-  
gibilis, & notitia actualis quam parit memo-  
ria fecunda, id est, intellectus habens apud  
se rem, quæ intelligitur in specie intelli-  
gibili. Est præterea Augustini sensu, & verbis  
congruentior, id quod multis ex Augustino  
prolatis sententijs ostendemus.

**¶ Augustini de verbo mentis sen-  
tentia profertur.**

**¶ Magnus**

tû, & ob-  
iectiuum  
consequi-  
tur ex ip-  
sa eius cõ-  
prehensio-  
ne. sub  
priori ef-  
se concur-  
rit ad in-  
tellecti-  
onem prin-  
cipiatiuè  
sub poste-  
riori vero  
termina-  
tiuè.

Opinio  
dicens,  
verbum  
mentale ef-  
se formam  
per actû  
intellectus  
productam  
est accom-  
modatior  
ad ex-  
plicandam  
diuinam  
generatio-  
nem, quâ  
opinio dicens  
verbum  
mentale ef-  
se ipsam  
met actu-  
alem intel-  
lectionem.  
Quod  
rei verita-  
tem vero  
hæc est p-  
babilior,  
& vero si-  
milior il-  
la.

er in-  
git  
oo, ac  
iendo  
bum  
noti-  
decla-  
ua so  
& non  
ressa,  
e elici  
siue ge  
a.  
d 3.  
luitur  
damé  
n.  
pecies  
intelligi-  
bilis re-  
præsentat  
vt imago  
in qua, &  
per quâ  
res cerni-  
tur. At in  
intellectio  
est ipsa  
formalis  
rei repræ-  
sentatio:  
dans rei  
esse cog-  
nitum, & ob-  
iectiuum  
pecies  
intelligi-  
bilis vt  
imago ef-  
fectus præ-  
sentia ob-  
iectalem  
apud  
elle-  
m-  
iectio,  
iectio  
hæmè-  
sima.

DISTINCTIO NIS XXVII.

Augusti-  
nus ipsa  
met cog-  
nitione  
& notitia  
appellat  
verbum.



Agnus igitur Augustin<sup>9</sup> varijs sue doctrinae locis verbū mentis nostrā, quod est verbum interius, ipsam met cognitionem & notitiā appellat. In sermone igitur quod habuit de Diuo Ioanne Baptista, volens docere merito Diuū Ioannem fuisse vocem appellatum, siquidē diuinum verbum paterno sinu conceptum mundo indicauerit, de verbo cordis sic ait. Scripturæ verbum esse definiunt ipsam cogitationē, quæ adhuc intra conscientia secreta retinetur. Vocem vero, per quam verbum profertur in medium, itaq; vox sonus index cogitationis, verbum vero ipsa cogitatio.

Verbum,  
ipsa cogi-  
tatio.

Idem, decimoquinto de Trinit. lib. cap. 15. & 16. sic ait. Necesse est, cum id quod scimus loquimur, ex ipsa scientia, quam memoria tenemus, nascatur verbum. Formata quippe cogitatio de re, quam scimus, verbum est, quod in corde dicimus. Formatam cogitationem appellat, non formam aliquam per actum intellectus productam, sed ipsam actualem notitiam ab intellectu editam de re, quæ cognoscitur.

Verbum,  
formata  
cogitatio

Verbum,  
notitiæ  
verax.

Idem, nono de Trinitate cap. 7. verbum appellat notitiam, sic aiens, conceptam rerum veracem notitiam, tanquam verbum apud nos habemus, & dicendo intus gignimus. Vide notitiā dicendo genitā. Quid ad Scoticā opinionē accommodatius dici potuit?

Notitia  
proles in  
tellectus.

Idem eodem libro. Est quædam imago Trinitatis ipsa mens & notitia eius, quæ est proles eius, & de se ipsa verbum eius, & amor tertius.

Notitia  
imago est  
rei quæ in  
telligitur  
de ipsa ex  
pressa.

Item, nono de Trinit. cap. 11. ita inquit, cū habeat notitia similitudinem ad eam rem quam nouit, hoc est, cuius est notitia, ideoq; & imago, & verbum est, quia de ipsa exprimitur.

Verbum  
mentale  
quatuor  
habet cō-  
ditiones  
expresse  
collectas  
ex doctri-  
na Augu-  
stini.

Item, eodem loco. Cum se mens ipsa nouit, sic est eadem notitia verbum eius, vt ei sit par omnino, & æquale, atque identidem. Ex his, quæ ab Augustino de verbo mentis sunt tradita tria perspicuntur, quæ verbo mentali conueniunt, illud est primum vt sit aliquid ab intellectu per actum dicendi ge-

nitum. Secundū est vt sit rei, cuius est verbū imago, & similitudo. Tertium vt sit intimū cognoscenti, & eidem æquale, atque idem. Adde, & quartum vt sit declaratiuū rei, cuius est verbum, id quod docuit Augustinus 7. de Trinit. cap. 3. sic inquit. Verbū quod nos proferimus temporale, & transitorium seipsum ostendit: & id, de quo loquimur. Hinc est vt in diuino verbo ipsa diuina essentia, ipsaq; trinitas, & creaturæ, tam creaturæ, quam creabiles conspiciantur.

Vt sit pro-  
ductū per  
actum di-  
cendi.  
Vt sit si-  
militudo  
eius, cui-  
us est ver-  
bum.  
Vt sit in-  
timū cog-  
noscenti  
Vt sit de-  
claratiuū  
rei, cuius  
est verbū

Vides quam apertè doctissimus Augustinus, cuius alioqui doctrinam, & authoritatem D. Thomas est studiosissimè sequutus, verbum mentis nostræ non aliud esse doceat, quam ipsam eius notitiam, quam de re, quæ ante mentis oculos versatur, ipsa eadem mens format, per quam, quasi per vestigium sacrosanctam personarum diuinarum trinitatem inuestigauit? Quocirca in eam ego libentissimè sententiam descendo, quæ verbum mentis nostræ ipsam met eius notitiam esse statuit, tum quia Augustini est talis sententia, tum quia ad verum proprius accedat. Porro quæ huic sententiæ videbantur aduersari iam supra diluimus. Verbum igitur est ipsa notitia actualis, siue ipsa rei apud intellectum comprehensio, atq; conceptio. Dicere vero est ipsam met notitiam proferre, profertur autem immediatè ab intellectu forma intelligibili rei, quæ noscitur, informato, quæ ipsa productio ad cognitionem emanantem terminata, est actio large, quemadmodum ad mentem Scoti, Syluester exposuit.

Opinio  
authoris  
de verbo  
mentali.

nota qd  
sit dicit

QVÆSTIO. 2.

Vtrum verbum in diuinis dicatur notionaliter, an essentialiter?



ONITVR PRO  
explicatione conclusio-  
nis vnica conclusio, quæ  
est huiusmodi. Verbum in  
diuinis dicitur persona-  
liter, & nullo modo essentialiter.

Verbū in  
diuinis  
dicitur  
personali-  
ter, & nul-  
lo modo  
essentia-  
liter.

Proba-

Probatio. Verbum in diuinis significat conceptum diuini intellectus, atqui de ratione conceptionis mentalis illud est, vt ab alio procedat, nempe à notitia concipientis Dei, omne autem procedens in diuinis est persona, vel personale, verbū igitur in diuinis est aliquid personale, D. Thom. 1. q. 34. articul. 1.

Præterea, verbum est quiddam emanans à dicente, at in diuinis omnis emanatio, & processio sumitur personaliter, verbum igitur in diuinis dicitur personaliter. Maior probatur, quia verbum significat cōceptum mentis formatum, vt docet Augustinus loco supra citato, atqui huiusmodi formatio esse non potest citra emanationem, igitur verbum est quiddam emanans à dicente. Egidius. 1. d. 27. q. 2.

Cæterum neutra ratio, id quod est proprium, efficaciter concludit. Nam vtraq; ratio in eo tota fundatur, quia verbum includit intrinsece in sua ratione quod sit aliquid emanans, & procedens ab alio, iam vero processio, & emanatio duplex est, vna realis, quo modo calor procedit ab igne, altera secundum rationem duntaxat, quo modo intellectio procedit ab intellectu diuino, non enim re ipsa procedit, aut emanat, sed intelligitur vt procedens, & emanans. Cum igitur emanatio sit duplex secundum rem scilicet, & secundum rationem, minus aptè colligitur absolute, verbum esse aliquid personale, siquidem sit aliquid emanans in diuinis. Diceret enim aduersarius, verbum esse aliquid emanans secundum rationem, non secundum rem. Dicimus id quod procedit secundum rationem non verè procedere, imo vero non procedere, sed intelligi solum vt procedens. Namque illa adiectio, secundum rationem, est conditio diminuens, & distrahens, quemadmodum & illa adiunctio, homo mortuus. Ex quo iam efficitur, vt quæadmodum homo mortuus non est homo, ita neque processio secundum rationem sit processio. Ex quo subinde consequitur, vt cum superioribus rationibus dicitur, verbi naturam in eo esse

positā, vt procedat ab alio, accipiatur processio proprie, & realiter, nam id quod secundum rationem procedit minimè procedit.

REFUTATIO CONCLUS.

Doctissimus Durandus. 1. d. 27. q. 3. contra sentit. Eius igitur de re proposita duplex extat conclusio. Prior cōclusio est huiusmodi. Verbum in diuinis dicitur essentialiter, non personaliter. Probatio. Verbum in diuinis non importat originem nisi solum secundum rationem, igitur verbum in diuinis non dicitur personaliter, sed solum essentialiter, consecutio patet, quoniam cum diuinæ personæ solum per originem distinguantur, quidquid in diuinis realem originem importat siue actiuam, siue passiuam personale est. Antecedēs variè ostenditur, primum sic. Verbum in diuinis est ipse met actus intelligendi quo Deus intelligit, atqui emanatio actus intelligendi in Deo non est realis, sed secundum rationem solum, nam intelligere in Deo non est proferre intellectionem: sed habere intellectionē, ergo verbū in diuinis non importat realem aliquam emanationem. Maioris probatio. Idem est verbum in nobis, & in Deo, quadam tamen proportione, ac in nobis verbum est ipse met actus intelligendi, igitur & in Deo.

Secundo sic ostenditur. Illud, quo excluso Deus æquè perfectè diceret se, & alia à se, non est verbum in diuinis, nam verbum in diuinis est illud, quo pater dicit se, & alia à se, atqui excluso omni realiter emanante, Deus æquè perfectè diceret se, & alia à se, igitur verbum in diuinis non importat aliquid realiter emanans. Minor ostenditur. Nam si Deus esset persona vna aliqua absoluta, neque esset in diuinis aliqua realis emanatio, Deus æquè perfectè tunc intelligeret se, & alia, & diceret, ac nunc intelligit, & dicit, igitur perfecta intellectio præintelligitur omni emanationi reali, ac proinde excluso omni realiter emanante, Deus æquè perfectè diceret se, & alia.

Secundo ad conclusionem sic argumen-

Durandi opinio.

et pro  
tuper  
m di  
li.  
lie fi-  
tudo  
, cu-  
tver-  
a.  
it in-  
u cog  
endi  
it de-  
ariū  
culus  
verbū  
  
stantia  
  
duplex  
emanatio  
in diui-  
nis, secu-  
dum rem  
, & secu-  
dum ra-  
tionem.  
  
respon-  
sio  
Id quod  
procedit  
secundum  
rationem  
non verè  
procedit  
sed intel-  
ligitur vt  
procedēs  
  
i in  
is  
ar  
nali  
nul  
odo  
ia



## DISTINCTIONIS XXVII.

In actu personali tria requiruntur.

tatur Durandus. Dicere in diuinis non est actus personalis, igitur neque verbum est aliquid personale, consecutio firma est, siquidem dicere & verbum sibi mutuo respondent. Antecedens ostenditur. In actu personali tria requiruntur. Primum quod non conueniat tribus personis: secundum ut non cadat supra creaturam, quemadmodum supra personam diuinam: tertium ut non reflectatur supra personam, cuius est tanquam agentis. At hæc tria non inueniuntur in actu dicendi. Principio enim conuenit tribus personis, quælibet enim persona dicit, quemadmodum quælibet persona intelligit, item dicere cadit supra creaturam, persona siquidem dicit creaturam, manifestando, scilicet, & creando. Reflectitur etiam supra personam. Nam diuina persona non solum alia, verum etiam seipsam dicit manifestando.

Apud Durandum, verbum est quiddam appropriatum filio, amor vero spiritui s.

Posterior conclusio. Verbum est aliquid appropriatum filio. Probatio. Sicut se habet in trinitate creata, hoc est, in anima nostra, cui est sanctæ trinitatis imago insculpta, sic se habet per quandam analogiam in trinitate increata: at in trinitate creata primum procedens in operatione intelligibili est notitia actualis, secundum vero procedens, est amor obiecti cogniti, in quo terminatur omnis processio intellectualis. Cum igitur in diuinis primum procedens sit filius, secundum vero procedens sit spiritus sanctus, in quo terminatur omnis diuina emanatio, sequitur ut per quandam adaptationem, siue accommodationem ad ea, quæ cernuntur in animo nostro, prima persona procedens in diuinis sit verbum, secunda vero procedens sit amor.

### DILVTIO ARGVMENTORVM.

Ad 1.

**H**AEC pro Thoma facile diluuntur. Ad primum argumentum pro priori conclusione ostendenda respondetur negatione antecedentis. Ad probationem vero antecedentis priorem, negatur illud, nempe quod verbum in diuinis sit actus intelligē-

di, quo Deus formaliter intelligit, & cum dicitur idem est verbum in nobis, & in Deo, aptè ad Diui Thomæ de verbo opinionem & sententiam, conceditur, negatur tamen verbum in nobis esse actum intelligendi, imo vero quiddam per actum intelligendi constitutum, & effectum, quod habet rationem termini immediati, & interni, quemadmodum abunde docuimus. Aptè vero & accommodatè ad sententiam Scoti, negatur idem esse verbum in nobis & in Deo, quemadmodum superiori quaestione docuimus, vide ibi.

Ad probationem vero eiusdem antecedentis posteriorè, negatur minor. Nam pugnat Deum perfectè intelligere, & nullam in eo esse emanationem naturaliter consequentem. Namque intellectus nunquam intelligendo perficitur, nisi aliquid intus emanet: quod ipsum est conceptio sapientis. Ex eo igitur quod Deus perfectè intelligit, sequitur quod diuina intellectio ad aliquid realiter emanans terminetur, per naturalem quandam consequentiam. Notandum memoriam fecundam in nobis verè & realiter producere notitiam, quæ est verbum in nobis, qua productione intellectus perficitur, at in diuinis memoria fecunda non producit realiter notitiam, siquidem omnis emanatio operationis in diuinis sit secundum rationem solum, sed producit, intellectio interuentu, verbum ipsum subsistens, quæ productio arguit perfectionem diuini intellectus: qui vnicus est in diuinis, licet ut in patre sit solum expressiuus.

Ad secundum argumentum respondetur. Dicere accipi duobus modis, vno modo pro eo quod est manifestare se & alia in verbo. Ac hoc modo dicere est quiddam essentialè comune cum tribus personis, & cadit supra creaturam. Creatura enim dicitur in verbo, & reflectitur supra personam. Quælibet enim diuina persona dicit se in verbo. Altero modo accipitur dicere pro eo quod est intelligendo exprimere, siue proferre & hoc modo est aliquid personale, soli cõueniens personæ patris, cuius intellectio est solū expressiua.

Supra d. 27. q. 1.

Operatio intelligibilis non est perfecta, nisi aliquid intus emanet, quod ipsum est cõceptio sapientis.

Omnis emanatio operationis in diuinis est secundum rationem solum. Intellectio diuina licet sit vnica, ut in patre tamen solum est expressiua.

Ad 2. Dicere essentialiter sumptum est comune cum tribus personis, idem enim valet quod manifestare se & alia.

Ita

Dicere no-  
tionaliter  
sumptū,  
quod idē  
est quod  
intelligē-  
do expri-  
mere, so-  
lum con-  
uenit per  
sonā pa-  
tris.

Verbum  
accipitur  
essentia-  
liter, & no-  
tionaliter.

Dici pas-  
sive acci-  
pitur etiā  
essentia-  
liter, & no-  
tionaliter.

is e-  
atio  
rio  
n di  
est  
lum  
nen  
n.  
lec-  
iui-  
et  
ica,  
pa-  
men  
est  
si-

Verbum  
patris nō  
solum est  
expressi-  
uum pa-  
tris, verū  
etiā crea-  
turarum.

Ita fit ut verbum etiam dicatur dupliciter, vno modo id quod est simpliciter manifestatum, & hoc modo verbum est aliquid essentialiter conueniens diuinæ essentiae, & diuinæ intellectiōni, & diuinis personis. Altero modo accipitur verbum pro manifestatio expresso, & genito, & hoc modo verbum est aliquid personale soli conueniens personæ filij, quæ in quantum procedit per actum intellectus dicitur verbum, in quantum vero procedit per modum naturæ, dicitur filius.

Hinc collige, Dici passivè accipi etiam duobus modis, vno modo pro eo quod est profertur, altero modo pro eo quod est intellectum in altero manifestari. Priori modo soli verbo conuenit dici, posteriore vero modo toti trinitati. Tota enim trinitas dicitur verbo, ut in verbo intellecta, & manifestata, quo etiam modo omnes creaturæ verbo Dei dicuntur, id est, in eo manifestantur.

QVAESTIO. 3.

*Verum in nomine verbi importetur respectus ad creaturam?*

**N**on queritur utrum res illa, quæ est verbū respiciat creaturas, sed utrum res illa, quæ est verbum, prout verbi nomine significatur, importet respectum ad creaturam, ita quod in ratione formali verbi includatur respectus non solum ad dicentem, verum etiam ad rem in verbo dictam.

Quæstio igitur explicatur duabus conclusionibus. Prior conclusio est huiusmodi. Verbum Dei importat respectum ad creaturam. Probatio. Verbum mente conceptum est representatiuum omnis eius, quod actu intelligitur, at Deus cognoscendo se cognoscit creaturas, verbum igitur diuina mente conceptum est expressiuum non solum patris, verum etiam creaturarū, ac prode in verbo importatur respectus ad crea-

turam. Interest tamen inter nos & Deum. Nam Deus cum vnicō actu se, & omnia intelligat, vnicō verbo perfectō representat omnia, at nos diuersis verbis diuersa quæ intelligimus representamus, quia diuersa diuersis actionibus intelligimus.

Posterior conclusio. Verbum Dei est eius, quod est in Deo patre expressiuum tantum, creaturarum vero expressiuum simul ac factiuum. Probatio. Scientia Dei est Dei quidem cognoscitiua tantum, creaturarum vero & cognoscitiua & factiua, igitur verbum Dei diuinarum rerum est expressiuum solum, creaturarum vero, et cetera. Hinc in psalmo dicitur, ipse dixit & facta sunt, siquidem in verbo importatur ratio eorum, quæ fiunt in tempore. Tho. 1. p. q. 34. art. 3.

Ex hac duplici conclusione tria colliguntur. Primum est illud, diuinum verbū procedere ex omnibus quæ in diuina scientia continentur, ac proinde omnis eius esse manifestatiuum.

Secundo colligitur, res quæ in verbo dicuntur, esse diuinam essentiam, personas diuinas, & creaturas.

Tertio colligitur, esse in verbo duplicem relationem, vnam ad dicentem per quam constituitur in esse personali, alteram ad res dictas, & in ipso manifestatas, quæ est ratio expressiui ad expressum, sub qua ratione dicitur verbum illarum rerum: ut procedens de cognitione illarum, & earūdem manifestatiuum. Quia vero creaturarum non solum est expressiuum, verum etiam factiuum: ita fit, ut sit verbum creaturæ, & exemplar.

*Refutatio primi Corollarij ex conclusionibus deducti.*

**S**cotus. 1. d. 1. q. 1. item quod lib. 14. art. 2. de primo corollario vehementer dubitat, ut qui existimet diuinum verbum ex vi suæ productionis, procedere ex cognitione essentiae, non autem ex cognitione omnis intelligibilis, quod in diuina scientia continetur. Imaginatur enim Scotus duo in-

Verbū diuinū est illud quidem Dei solū expressiuū at creaturarum nō solum expressiuū, sed etiam factiuum

Verbū diuinū procedit ex omnibus quæ in diuina scientia continentur.

Verbū diuinū est verbū patris & verbum creaturarum, patris quidem ut ab eo dictū, & prolatum, creaturarū vero, ut procedens de cognitione illarū, & earūdem manifestatiuum: & exemplar.

Apud scotum, verbum diuinū ex vi suæ productionis est verbū essentiae, non creaturarum.

DISTINCTIONIS XXVII.

stantia naturæ, in quorum vno pater suam essentiam tanquam primarium obiectum perfecte intellexit, ac proinde verbum produxit, in altero vero intellexit creaturas tanquam obiecta secundaria, easque produxit in esse cognito quod est esse diminutum, ita fit vt diuinum verbum non processerit ex cognitione creaturarum, quæ fuit in secundo instanti naturæ.

Pro hac ergo opinione sic licet argumentari Deus prius origine, quam creaturas produceret, se ipsum perfecte intellexit, igitur prius origine produxit verbum in esse reali, quam creaturas in esse cognito. Consecutio firma est, quia verbum procedit ex perfecta intellectione patris. Antecedens vero ex eo patet, quia prius natura fertur potentia in obiectum primarium, quam in secundarium. Hinc iam primū conlequitur ad mentem Scoti, verbum diuinū ex vi suæ productionis procedere vt verbū essentia, & nō vt verbū omnis intelligibilis. Secundo conlequitur, verbum ex vi suæ productionis esse expressiuum essentia solum, personarū vero concomitanter, quatenus .i. sunt res necessario ipsi essentia coniuuctæ.

Tertio conlequitur, illud idem verbum exprimere creaturas completa iam productione verbi.

Porro verbum nō procedere ex cognitione omnis intelligibilis sic ostendit Scotus. Si verbum procederet non solum vt verbum essentia, verum etiam vt verbum omnis intelligibilis, pari ratione spiritus sanctus procederet non solum vt amor essentia, sed etiam vt amor omnis amabilis, cōsequens est falsum, ita enim eueniret, vt aut Deus necessario amaret creaturas: aut non necessario spiraretur spiritus sanctus.

Secundo, si verbum procederet ex omnibus, quæ in diuina scientia continentur, verbū procederet de se ipso vt cognito ipsi patri, siquidem & ipsum verbū in diuina patris scientia continetur: cōsequens est omnino absurdum, sic enim fieret vt diuinum verbum præexisteret suæ productioni, omnia siquidem producta sunt Deo præsen-

tia ab æternitate in sua actuali existentia.

Tertio, illud etiam sequitur, vt verbum procedat ex creatura vt cognita ipsi Deo, vtpote quia in scientia patris cōtinetur, cōsequens est falsum, ita enim fieret vt Dei ad creaturam esset relatio realis, nempe geniti ad id de quo procedit.

DILVTIO ARGVMENTORVM.

**N**os ponimus oppositam conclusionem, ac dicimus diuinum verbum ex omnibus procedere, quæ in Dei scientia continentur, ita quod pater prius secundum rationem intelligat essentiam suā, & illa omnia quæ in ipsa essentia relucent: quam filium producat, ceterum diuinā essentiam primum exprimit, secundario vero creaturas, illis tamen verbis primario, & secundario non significantur duo instantia naturæ, in quorum priori Deus intelligit essentiam: & in posteriori creaturas, sed significatur quod Deus intelligat se in se ipso, creaturas vero in alio, nempe in ipsa diuina essentia. Porro nostra conclusio his vehementissimis argumentis confirmatur.

Diuinum verbum procedit ex cognitione perfecta essentia, non qualicumque, sed comprehensua, at cognitio comprehensua essentia est cognitio omnis intelligibilis, namq; diuina essentia obiectiue, & formaliter eminenter continet omne intelligibile, diuinum igitur verbum procedit ex cognitione omnis intelligibilis.

Secundo, verbum diuinum non solū est verbum essentia, verum etiam verbum omnis creaturæ tum expressiuum, tum factiuum: atqui verbum illius est verbum de cuius cognitione procedit: non enim verbum lapidis est verbum hominis, siquidem intelligendo lapidem non formatur verbum hominis, sed verbum lapidis, igitur diuinum verbum procedit ex cognitione creaturæ.

Postremo, ex dictis Scoti .i. d. 6. sumitur etiam argumētum pro eadem conclusione: Etenim, authore Scoto, pater prius origine, quam

Verbum diuinum procedit ex omnibus quæ in patris scientia continentur, licet primum sit expressiuum esse ritæ, dein de vero creaturarum.

quam filium producat, perfectè intelligit, atqui perfecta intellectio est comprehensio omnis intelligibilis, igitur filius procedit ex cognitione, ac comprehensione omnis intelligibilis, ita sibi ipsi repugnat Scotus.

Argumenta vero Scoti facile diluuntur.

Ad 1. scoti.

Ad primum igitur respondetur negata consecutione. Nam res intelliguntur prout sunt

verbum diuinum procedit ex cognitione omniscognobilis, non tamen spiritus s. procedit ex amore omnis amabilis.

in intelligente, amantur vero prout sunt in seipsis: hoc est secundum illud naturale esse quod habent extra in seipsis, & ideo verbum ex notitia concipientis procedens, ex omni intellectu procedit, at amor non procedit ex omni re amata. Aduerte, res necessario cadere sub diuinam cognitionem, cognitionem inquam non eam, quæ dicitur visionis, quæ supponit determinationem diuinæ voluntatis, sed eam, quæ dicitur simplex intelligentia, quæ ipsa quidditatum est, & possibilem. At non necessario cadunt sub diuinum amorem. Nam res amantur secundum illud naturale esse quod habent in seipsis, quod ipsum pendet ex diuina voluntate libera. Hinc iam fit vt verbum diuinum necessario procedat ex cognitione omnis cognobilis, diuinus vero amor non procedat ex dilectione omnis amabilis.

Ad secundum, conceditur Dei filium procedere ex se ipso vt cognito ipsi patri: non tamen sequitur quod præ existat vt cognitum.

Obijcitur contra vehementissimè, aut præ existit vt cognitum scientia visionis, aut vt cognitum scientia simplicis intelligentiæ, dici non potest quod præ existat vt cognitum solum scientia simplicis intelligentiæ, siquidem illa cognitio quidditatum solum est, & possibilem, nunquam tamen actu futurorum, at diuinum verbum habiturum erat actualem existentiam, præ existit igitur vt cognitum scientia visionis, at omne tale est antequam sit in ipsa aternitate, verbum igitur diuinum si præ existit vt cognitum, præ existit etiam simpliciter suæ productioni, quod test impossibile. Dicimus quod quemadmodum non sequitur. Antichristus vt visus, ac cognitus in ipso

nunc aternitatis præ existit suæ productioni, igitur simpliciter præ existit suæ productioni, siquidem in nunc aternitatis esse extra causam, non est esse simpliciter, aut esse productum simpliciter, sic etiam verbum diuinum præ existere vt cognitum scientia visionis, non est simpliciter præ existere, aut esse productum, sed esse in nunc aternitatis. In ipso tamen simul fuerunt esse secundum quid, & esse simpliciter, semper enim cognitum, & semper productum fuit. Melius dicitur, diuinum verbum procedere ex rebus cognitis à ipso Deo, non quidem vt cognitis scientia visionis, sed scientia simplicis intelligentiæ, quæ quidditatum est, & possibilem. Illa inquam cognitio minimè necessaria est, vt quæ supponat determinationem diuinæ voluntatis, hæc vero necessaria est. ¶ Obijci contra potest, igitur verbum diuinum non est verbum omnis intelligibilis, siquidem non est verbum rei sub existentia, vtpote quia non procedat ex cognitione rerum sub ratione existentium, sed sub ratione possibilem. Dicimus diuinum verbum, esse verbum ipsarum rerum sub existentia, saltem secundario. Verbum autem illarum rerum est verbum primario, de quarum cognitione procedit.

Ad tertium, similiter conceditur. Verbum procedere de creatura vt cognita, non tamen illud iam consequitur, nempe quod Dei ad creaturam sit relatio realis. Nam verbum ad illud solum realiter refertur à quo procedit vt dicente, non tamen ad illud à quo procedit vt cognitum.

Cæterum pro Scoto adhuc dilui possunt illa duo argumeta, quibus Diui Thomæ opinionem confirmauimus. Ad primum respondetur Deum posse se intelligere bifariam, vt author est D. Thomas, 1. d. 27. q. 2. art. 3. vt est quadam res, altero modo vt est rerum similitudo, non sic tamen quod sint duæ intellectiones distinctæ realiter, sed vna & eadem. Diuinum igitur verbum procedit ex perfecta cognitione essentiæ, prout est res quadam, quæ vt sic nullum importat, authore Diuo Thoma, respectum ad

*Displet  
graj ap  
vire dedit  
verbum  
procedit  
aliquid  
sui per  
scilicet diu  
plurim illig*

Ad 1. Diui Thomæ, contra Scotum

creaturam, non tamen ex perfecta cognitione essentiae prout est similitudo rerum. Hæc siquidem cognitio est posterior productione verbi.

Ad 2. Ad secundum, pro Scoto dicitur, diuinum verbum esse primo verbum essentiae ex cuius cognitione procedit, secundo vero esse verbum omnium creaturarum post completam scilicet productionem verbi. Neque enim est de ratione verbi ut procedat tanquam verbum omnis intelligibilis, id quod ex eo patet quam maxime, quia si Deus solum suam essentiam intelligeret, de facto verbum produceret. Non est igitur de ratione verbi ut procedat tanquam verbum omnis intelligibilis: sic potest Scoti sententia vindicari.

Non est de ratione verbi ut procedat ut verbum omnis intelligibilis.

✠ QVÆSTIO .4. ✠

*Vtrum imago dicatur personaliter in diuinis?*

**R**onitur conclusio responsiva affirmatiua, quæ est huiusmodi. Imago dicitur personaliter in diuinis. Probatio. Quæcunq; processione siue originem in diuinis important, sunt personalia, atqui imago in sua ratione originem importat, ut ait Augustinus: Est enim similitudo cum expressione, igitur imago dicitur personaliter in diuinis. Minor ostenditur. Tria in imagine requiruntur. Primum ut sit similitudo, secundum ut sit similitudo rei, vel in specie, quo modo filius est patris sui imago, vel in signo speciei declaratiuo, cuius modi est figura. Sola enim figura est signum speciem declarans, non color, id quod ex eo perspicitur, quia diuersa animalia secundum speciem diuersas quoque habent figuras, non tamen diuersum necessario colorem. Patet etiam ex eo quia si in pariete depingatur color rei alicuius, non itidem figura & effigies, pictura illa non dicitur imago illius rei, requiritur igitur in imagine ut sit similitudo

Imago dicitur personaliter in diuinis.

Tria in imagine requiruntur.

rei vel in specie, vel in signo specifico, quo modo pictura leonis est imago leonis. Requiritur tertio ut sit similitudo ab aliquo expressa, hoc est, procedat ab aliquo ut principiante, idque bifariam, vel ut principiante secundum esse naturale, quo modo filius est imago expressa à patre, vel ut principiante secundum esse intellectum, & conceptum, quo modo statua Cæsaris exprimitur à Cæsare mente artificis concepto. Ita fit ut semper imago ortum habeat à representato, vel tanquam à principio naturali, vel tanquam ab exemplari.

Est igitur imago res procedens ex alio ut similis ei in specie, vel in signo specifico. Ita tamen ut similitudo conueniat ei interuentu processione, & ex vi illius prout talis processio est: alioqui omnes imaginis conditiones conuenirent spiritui sancto. Namque spiritus sanctus est procedens ab alijs similis eis in natura, non tamen ex vi processione habet quod sit similis, id quod iam, iam docebimus.

Imaginis descriptio.

✠ QVÆSTIO .5. ✠

*Vtrum esse imaginem sit proprium filij?*

**V**æstio explicatur hac vnica conclusione. Esse imaginem soli conuenit filio, non itidem spiritui sancto. Probatio. Filius ex ratione suæ processione habet quod sit similis ei à quo procedit, non itidem spiritus sanctus, igitur esse imaginem soli conuenit filio, non itidem spiritui sancto. Consecutionis vis patet ex ratione imaginis supra exposita. Antecedens quoad priorem partem sic ostenditur. Filius qua filius procedit per modum naturæ, qua vero verbum procedit per modum intellectus, utrinq; autem habet quod sit similis. Nam qua procedit per modum naturæ procedit in similitudine naturæ, qua vero procedit per modum intellectus ut verbum procedit etiam ut simile ei à quo procedit. Namque verbum est simile intellectu in-

Esse imaginem soli conuenit filio.

Ar  
qua h  
modi  
haber  
sit sim  
ti, a  
proced

*Handwritten marginal notes in cursive script, partially illegible.*

Arg

formato specie rei, vt iam alibi docuimus.

Amor  
qua huius  
modi non  
habet quod  
sit similis  
ei, a quo  
procedit.

Porro pars posterior conclusionis hinc intelligitur, quoniam spiritus sanctus procedit vt amor, iam autem quod procedit vt amor qua huiusmodi non habet quod sit simile ei a quo procedit, igitur ex vi suae processions non habet spiritus sanctus quod sit similis ei a quo procedit. Minor ostenditur. Nam illud aut assimilaretur ipsi voluntati precise, aut rei volitae in quam terminatur actus voluntatis, aut constituto siue aggregato ex voluntate, & ex re amata in esse cognito, quod ipsum est causa totalis ipsius amoris. Non assimilatur voluntati. Nam amor procedens & voluntas non sunt eiusdem rationis specificae. Neque itidem assimilatur rei volitae, & amatae. Nam amor productus non est similitudo rei volitae, sed inclinatio quaedam potius, & affectio ad illam. Neque postremo assimilatur aggregato ex voluntate, & ex re volitae, & amatae. Nam tum effectus assimilatur suae totali causae, cum assimilatur ei secundum formam, qua agit, at amor procedens non sic assimilatur suae causae totali. Nam ratio formalis agendi est amabile vt cognitum, at amor procedens non assimilatur rei amatae vt cognitae, igitur etcat.

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

Spiritus sanctus ex vi suae processions procedit vt similis, igitur est vere ac proprie imago Dei, ac proinde esse imaginem non est proprium filij. Firma est consecutio, antecedens varie ostenditur. Primum sic ostenditur. Omne agens agit sibi simile secundum formam, atqui voluntas est quiddam agens, quemadmodum intellectus: quemadmodum enim intellectus producit verbum, sic voluntas producit amorem, igitur quemadmodum intellectus vt sic producit sibi simile, sic etiam voluntas.

Item, quemadmodum intellectus per speciem intelligibilem fit in actu primo, ita etiam voluntas per inclinationem, atqui id

quod procedit ab intellectu nempe verbum est simile intellectui informato specie rei intellectae, igitur ad eundem modum amor qui est impulsus quidam assimilatur voluntati sub inclinatione, ac proinde amor ex vi suae processions habet quod sit similis ei a quo procedit, quemadmodum & verbum.

Tertio, argumetur Aureolus apud Cap. 1. d. 27. q. 2. vehementissime. Spiritus sanctus ex vi suae processions procedit vt amor diuinus, at vt amor diuinus habet quod sit similis & consubstantialis ei a quo procedit, igitur spiritus sanctus ex vi suae processions habet quod sit similis ei a quo procedit.

DILVTIO ARGVMENT.

Ad primum dicitur veram esse illam propositionem cum forma est ratio agendi vt res, secus si est ratio agendi vt cognita, siue vt mente concepta. Ratio vero discriminis est, quia agens vt res agit quia tale est, ac proinde agit tale quale ipsum est. At agens vt cognitum non agit, quia tale est, sed quia cognoscitur tale, ac proinde ad talem rationem agendi non oportet consequi tale aliquid quale ipsum est: sed vt consequatur solum inclinatio ad illud.

Ad secundum negatur maior. Non enim quemadmodum intellectus efficitur in actu primo per speciem intelligibilem, sic etiam voluntas efficitur in actu primo per inclinationem aliquam superadditam, sed efficitur in actu primo inclinatione quadam quae est ipsa met voluntas sic affecta, & inclinata. Itaque inter voluntatem & intellectum hoc interest, quia productum per intellectum ex vi productionis assimilatur suae causae, ob id scilicet quia terminus intellectus in actu est similitudo rei intellectae, productum vero voluntatem ex vi productionis non habet quod assimiletur suae causae ob id scilicet, quia terminus voluntatis in actu non est similitudo rei volitae, sed impulsus potius in illam, & inclinatio, siue pro pensio quadam.

Tertium argumentum diluitur distinctione. Namque amor diuinus potest accipi duobus modis,

spiritus  
sanctus  
ex vi  
suae  
processions  
procedit  
vt amor  
diuinus  
habet  
quod  
sit  
similis  
ei a quo  
procedit

3. Argu.

Ad 1.

Omne agens agit sibi simile, quando ratio agendi est forma vt res, secus quando ratio agendi est forma vt cognita.

Ad 2.

Productum per intellectum est similitudo rei intellectae, at productum per voluntatem non est similitudo rei volitae, sed quidam potius impulsus, et quaedam inclinatio in illam.

Ad 3.

Spiritus sanctus ex vi suae productionis non habet quod procedat ut amor qui est Deus, bene tamen ut amor quo Deus amat & amatur, & ut sic non habet quod sit similis ei a quo procedit, sed ut sit impulsio & inclinatio amanti.

modis, vno modo identice, ac hoc modo idem est amor diuinus quod amor qui est Deus. Altero modo obiectiue, & causaliter, & hoc modo amor diuinus idem est quod amor quo Deus amat, aut amatur. Si priori modo accipitur amor diuinus, maior propositio falsa est, namque spiritus sanctus ex vi suae processiois non habet quod sit diuinus identice, id est quod sit idem quod Deus, sed solum quod sit amor diuinus obiectiue, aut causaliter. Sin vero posteriori modo, propositio maior vera est, procedit enim spiritus sanctus ex vi suae processiois ut amor Dei amati vel amanti: & tunc minor est falsa. Namque amor diuinus obiectiue & causaliter non habet quod sit similis ei a quo procedit: sic enim habet ut sit impulsio quaedam amanti in amatum, quae ut sic abstrahit ab omni similitudine. Tandem spiratio qua huiusmodi non habet quod producat simile, bene tamen ut diuina, sic enim habet quod producat simile in natura.

Obijci adhuc contra potest vehementissimè. Quemadmodum spiratio non habet quod producat simile in natura, nisi ut diuina, sic etiam & productio per intellectum non habet quod producat simile in natura, nisi ut diuina, quemadmodum igitur spiritus sanctus ex vi suae productionis non habet quod sit amor diuinus identice, sic etiam & verbum non habet ex vi suae productionis quod sit verbum diuinum identice.

Consequentia firma est, antecedens ex eo patet, quoniam productio verbi in nobis non est productio similis in natura. Dicimus productionem verbi in nobis non esse productionem similis in natura, non ex merito productionis, sed ex imperfectione ipsius. Quoniam vero productio diuina est perfecta, ideo est productio verbi subsistentis, & similis in natura.

## DISTINCTIO

XXVIII.

¶ Resolutio distinctionis vigesima octauae.

**D**istinctione vigesima octaua differit Magister de proprietatibus quibusdam personarum, non personalibus tamen, hoc est, diuinarum personarum non constitutivis, quibus tamen diuinae personae internoscuntur. Ac primum agit de innascibilitate, quae est notio patris.

Est ergo huius distinctionis prima conclusio. Cum pater, & ingenitus dicantur de patre, non eadem notione pater dicitur, & ingenitus, dicitur enim pater generatione, ingenitus vero innascibilitate. Probaturs conclusio Augustini auctoritate lib. 5. de Trinit. cap. 6. Ex quo fit, ut si pater non generaret, esset ille quidem ingenitus, non tamen pater.

Secunda conclusio. Solus pater dicitur ingenitus, non idem spiritus sanctus, tamen si spiritus sanctus dici possit non genitus: vel non filius. Ex quo iam intelligitur non esse idem esse ingenitum, & non genitum.

Tertia conclusio. Tamen si aliud sit esse patrem, & aliud esse filium, non tamen aliud est patrem esse, & aliud filium esse. In priori siquidem designatur quod alia est notio qua pater est pater, & alia qua filius est filius, in posteriori vero locutione significatur, aliud esse quo pater est, & aliud quo filius est, id quod tamen falsum est, eodem enim pater est, & filius est, nempe diuina substantia, & essentia. Eo enim pater est, quo pater Deus est, est autem Deus Deitate, igitur & pater est Deitate. Similiter in filio dicendum est. Eo enim filius est, quo filius Deus

Deus est, est autē Deus Deitate, filius igitur est Deitate, eo igitur pater est, quo filius est, ac proinde idem est patrem esse, quod filium esse, licet non sit idem esse patrē, quod esse filium.

Quarta conclusio. Sicut solus filius dicitur Verbum vel imago, ita etiam solus dicitur sapientia nata, vel genita, ita tamen ut sapientia non accipiatur pro essentia, alioqui diuina essentia esset genita, contra quod dictum est dist. 5. sed accipiatur pro hypostasi, ita ut sapiētia genita idem valeat, quod hypostasis genita.

Quinta cōclusio. Hoc nomen imago interdum essentia notionem, et intelligentiam efficit, interdum vero personae, probatur conclusio Augustini, et Hilarij testimonio.

## DISTINCTIO XXIX.

¶ Resolutio distinctionis vigesima nonae.

**I**N distinctione vigesima nona disputat Magister de proprietate non personali affirmatiua, quae significatur nomine principij. Est igitur huius distinctionis prima conclusio.

Hoc nomen principium de patre, et filio, et spiritu sancto dicitur, differenter tamen: nam pater est principium ad intra filij non de principio, filius vero est principium spiritus sancti de principio, spiritus autem sanctus est principium de utroque patre. s. et filio, non ad intra, sed ad extra. Non enim est principium nisi in ordine ad creaturas.

Secunda conclusio. Principium quod

dicitur de diuinis personis, praeter quam quod importat habitudinem ad intra, importat etiam habitudinem ad extra, et hoc modo pater, filius, et spiritus sanctus sunt unum principium creaturarū, non aeternum, sed temporale. Probatur conclusio auctoritate August. s. de Trini. cap. 28.

Hinc iam intelligitur patrem et filium fuisse ab aeterno principium, patrem quidem filij, filium vero cum patre ipsius spiritus sancti, at spiritum sanctum non fuisse ab aeterno principium, sed in tempore, si quidem non dicatur principium nisi in ordine ad creaturas, creaturae autem esse coeperunt in tempore. Et in ordine ad creaturas pater, filius, et spirit. S. esse coeperunt unum principium creaturarum.

Tercia conclusio. Pater et filius sunt unum principium aeternum spiritus sancti eadem notione, cuius quidem usitatum nomen non extat, à Theologis tamen dicitur communis spiratio.

## QUÆSTIO. I.

Verum innascibilitas sit proprietate constitutiua patris?



Quæstio explicatur quatuor subiunctis conclusionibus, quarum prima ita habet. ¶ Innascibilitas est notio patris. Probatio. In notione tria requiruntur, illud est primum, ut vni vel duabus personis conueniat, alioqui ipsius interuentu persona minimè internoscetur, inde enim habet quod dicatur notio, secundo requiritur ut sit aliquid ad originē pertinens, requiritur tertio ut ad dignitatē quoque pertineat. Nam persona est substantia proprietate constituta ad dignitatē pertinente, at hæc tria innascibilitati conueniunt, est igitur innascibilitas notio. Minoris prima particula hinc intelligitur. Ingenitum

1. cōclusio  
Innascibilitas est notio patris.

Tria requiruntur in notione.



DISTINCTIONIS XXVIII. ET XXIX.

nitum duobus modis aliquid dicitur, Vno modo quia procedit ab alio non tamen per generationem, altero modo quod omnino ab altero non procedit. Priori modo esse ingentum non est notio patris, utpote quia spiritui sancto conueniat. Est enim spiritus sanctus ab alio, & non per generationem. Posteriori tamen modo esse ingentum est notio. Solus enim pater in diuinis est, & nullo modo ab alio. Secunda vero minoris particula hinc ostenditur. Ad originem aliquid pertinere dicitur duobus modis, vno modo positiuè, idq; vel actiuè vt originem dans, vel passiuè vt originem accipiens, altero modo negatiuè, id est, quod à nullo accipit originem, atqui ingentum omnè ab alio tollit, ac priuat originem, est igitur ingentum aliquid ad originem pertinens. Tertia vero particula hinc patet, quoniã sicut dignitatis est originem dare, sic etiã ab alio nullam omnino ducere originem, cum igitur illa tria innascibilitati conueniant, quæ in notione requiruntur, sequitur vt innascibilitas sit notio patris.

Hinc iam nonnulla efficiuntur, illud est primum, spiritum sanctum non esse ingentum. Nam etsi non producat per generationem, supponit tamen filij generationem.

Secundo colligo, essentiam non dici ingentam, nam etsi minimè generetur, communicatur tamen per generationem.

Tertio cõficio, quinque esse notiones quarum numerus sic conficitur. Notio est aliquid ad originem pertinens, origo autem accipitur vel positiuè, vel negatiuè, positiuè vero vel actiuè, vel passiuè. Iam si origo accipitur positiuè, idq; actiuè, duæ existunt notiones, nempe paternitas, quæ est principium generationis, & communis spiratio, quæ est principium spirationis. Sin vero accipitur passiuè, totidem existunt notiones, nempe filiatio, quæ respondet generationi actiuæ vt terminus, & spiratio passiuæ, siue processio, quæ itidem respondet spirationi actiuæ vt terminus. Si autem origo accipitur negatiuè, vt scilicet omnem priuet processionem & originem, sic est innascibilitas:

sunt igitur quinque notiones.

Eadem summa sic etiam deducitur. Notio est ratio dignoscendi diuinam personam, at diuinæ personæ multiplicantur per originem, igitur numerus diuinarum notionum attenditur secundam variam rationem originis, atqui origo est duplex, actiuæ, & passiuæ .s. à quo alius, & qui ab alio, igitur iuxta duplicem hunc modum originis sumendus est numerus notionum. Quod igitur attinet ad personam patris, ex illo modo qui ab alio non innotescit positiuè, sed negatiuè .s. quatenus est à nullo, & penes hunc modum negatiuè sumptum sumitur vna patris notio, quæ dicitur innascibilitas. Ex illo vero modo à quo alius pater dupliciter innotescit, nempe paternitate quatenus filius est ab eo, & spiratione actiuæ, quatenus spiritus sanctus ab eo est. Quod vero attinet ad personam filij, utroque modo originis ille innotescit. Ex illo modo à quo alius, innotescit communi spiratione, quatenus spiritus sanctus est ab eo. Ex altero modo nempe qui ab alio, innotescit filiatione, quatenus nascendo est à patre. Spiritus vero sanctus per vnum solum modum originis innotescit, per illum .s. qui ab alio, vel ab alijs, & sic innotescit processione, sunt igitur notiones quinque .s. innascibilitas, paternitas, communis spiratio, filiatio, processio.

Harum porro notionum quatuor duntaxat sunt relationes, nempe paternitas, filiatio, communis spiratio, & processio. Quatuor etiam sunt proprietates, nempe innascibilitas, paternitas, filiatio, processio, quælibet enim istarum notionum vni soli personæ conuenit. Vnde communis spiratio non est proprietas. Tres vero sunt personales proprietates, hoc est proprietates constituentes personas, scilicet paternitas, filiatio processio. Nam innascibilitas, & communis spiratio sunt notiones personarum, non personales proprietates, id quod paulò post docebimus.

Quarto infero non esse adhibendam sextam notionem, nempe inspirabilitatem, quia negationes originum non debeant regulariter

Notiones sunt quinque.

Innotescit positiuè, id est, quod à nullo accipit originem, ac priuat originem, est igitur ingentum aliquid ad originem pertinens.

Inspirabilitas non est sexta notio.

Innascibilitas non est sexta notio.

Inspirabilitas non est sexta notio.

Inspirabilitas non est sexta notio.

Inspirabilitas non est sexta notio.

gulariter computari. Nam notio datur gratia innotescendi, at negatio per affirmationem, non contra affirmatio per negationem innotescit. Vnde negatio natiuitatis non ponitur notio spiritus sancti, quae tamen illi conuenit. Si obijciatur, innascibilitas negationem importat, & tamen in numero notionum habetur, respondet Caietanus id esse prae ter regulare propter singulares rationes, quae in innascibilitate reperiuntur, quae ipsae in ceteris negationibus minimè reperiuntur. Ac prima quidem ratio est, quia sola persona patris in diuinis habet rationem primi principij, est siquidem principium non de principio, iam vero primum in quoque genere aptè notificatur per negationem. Secunda ratio est ut ostendatur haec duo, nempe esse patrem, & esse ingenitum in diuina patris persona coniungi, siquidem apud nos illa duo separata inueniuntur. Nam omnis pater excepto Adamo, est ab alio genitus. Tertio ad commendandam patris auctoritatem, quae in eo posita est, ut ante ipsum nullus, ab illo vero seu à fontali principio sint alij. Propter quam auctoritatem Christus in euangelio omnia ad patrem refert, & mater ecclesia preces omnes ad patrem dirigit. Quae eandem auctoritatem Hilarius spectasse existimandum est, cum dixit, patrem donantis auctoritate esse maiorem. Caiet. 1. p. q. 32. art. 3.

Item, quia esse inspiratum non importat distinctam dignitatem ab esse inspiratè, id quod sic ostenditur. Idem est aliquè producere aliqua productione, & non esse productum illa productione, quia nihil seipsum producit, igitur si esse inspiratum est aliquid ad dignitatem pertinens, sequitur ut non sit distincta ab ea, quam importat esse spirantem. Adde, quia nihil ad dignitatem pertinet non produci ea productione qua quippiam alterum producit: cum igitur pater & filius spirent spiritum sanctum, sequitur ut non produci tali productione nihil eis dignitatis adiungat.

Scoto tamen. 1. d. 2. q. 1. ad 3. contra visum est. Is siquidem inspirabilitatem in numero

notionum habendam esse censuit, tum, quia inspirabilitas negat specialem procedendi modum: iam vero ubi reperitur aliquid speciale ad originem pertinens, siue posituum siue negatiuum, statuenda est notio specialis. Tum, quia innascibilitas etiam prout dicit negationem generationis passiuè est notio patris, igitur inspirabilitas, quae significat negationem spirationis passiuè, erit notio filij. Haec tamen facile diluuntur.

Ad primum Scoti motiuum respondetur, quod ubi reperitur aliquid speciale distinctum, & in altero minimè inclusum, ibi statuitur specialis notio: iam vero esse inspiratum includitur in eo quod est esse spirantem. Nihil enim producit ea productione, qua alterum producit.

Ad secundum patebit ex secunda conclusione mox subiicienda, responsio.

Secunda conclusio. Innascibilitas non importat puram negationem. Nam pura negatio dicitur de ente, & non ente, at ingenitum non dicitur de non ente, sed priuationem eius dicit, quod formaliter importatur per genitum, quemadmodum incorruptibile dicit priuationem eius quod importatur per corruptibile. Nam cum ingenitum sit negatiuum quippiam, & nullo modo posituum, & non sit pura negatio, uti diximus, sequitur omnino ut sit priuatiuum aliquid, ac proinde illud priuet quod importatur per genitum.

Obijci tamen contra potest. Nulla priuatio est in diuinis, quia priuatio est carentia formae debitae haberi, iam autem in diuinis nihil est debitum haberi, quod non habeatur. Respondendum putamus, priuatiua, auctore Aristot. 5. Metaph. accipi trifariam primo modo propriissimè, quando scilicet aliquid non habet id quod natum est habere secundum suam speciem, hoc modo homo carens visu dicitur cecus propriissimè. Secundo modo minus propriè, cum scilicet aliquid non habet illud, quod natum est habere non secundum speciem, sed secundum genus, utpote quia illud reperitur in aliquo sui generis, hoc modo talpa dicitur caeca, quia scilicet

merat in notionibus.

2. conclusio. Innascibilitas non importat puram negationem.

Priuatia dicuntur tribus modis.

Innascibilitas quam importat negationem, numeratur tamen innotionibus propter speciales rationes.

Esse inspiratum, non importat distinctam dignitatem ab esse inspirantem.

scotus in inspirabilitate numero

abi non ta

DISTINCTIONIS XXVIII. ET XXIX.

talpa caret vi vidēdi, quæ alioqui in aliquo sui generis reperitur. Tertio modo improprijssimè, quādo scilicet non habet aliquid, quod natū est haberi, licet non ab eo, neque secundum speciem, neq; secundum genus, quomodo planta dicitur oculis privari. Primo igitur modo priuatio in diuinis minimè reperitur, & hoc concludit argumentum. Secūdo autem modo reperitur, & hoc modo ingenitū dicit priuationem. Priuat enim generationem, quæ nata est haberi ab aliquo diuinorum suppositorum. Hoc tamen modo ingenitū licet patri conueniat, nāq; pater ætern⁹ caret generatione passiuā quā aliquod naturæ diuinæ suppositum, vt filius, natum est habere, non tamen est notio patris, vtpote quia non sit propriū patris. Conuenit enim spiritui sancto, & diuinæ essentia, quorum vtrunq; non est genitum. Cæterum ingenitum prout significat & importat negationem essendi ab alio quocunque modo, siue per productionem, siue per communicationē soli patri conuenit, & est specialis notio patris. Non enim sic sumptum conuenit spiritui sancto, vt qui sit ab alio per productionem: neq; itidem conuenit essentia, vt quæ sit in filio, & in spiritu sancto ab alio, nempe à patre, per communicationē. Neq; postremo conuenit filio, vtpote, quia eidem conueniat affirmatio: hinc iam patet ad secundum Scoti argumentū responsio. Cæterum cum omnis priuatio reducatur ad habitum, oportet in omni priuatione explicare rationem aliquam positiuam, per quam illa priuatio conueniat subiecto ei in quo inest, & per quam fundetur. Iam igitur exquirendum videtur quæ nam sit illa proprietas, & ratio positiuā, per quam patri conuenit esse ingenitum. Quocirca tertia iam conclusio subiicitur.

Tertia conclusio. Autoritas primi principij siue vniuersalis principij est fundamentum innascibilitatis. Innascibilitas siquidē in sua formali ratione importat non esse ab alio, at hoc ipsum conuenit personæ ex eo quod habet autoritatem primi, & vniuersalis principij, igitur ex eo quod personā ali-

qua in diuinis habet autoritatē primi, & vniuersalis principij, habet quod sit ingēnita, & innascibilis, etcat.

Præterea, per id conuenit alicui esse ingēnitum, per quod repugnat ei esse genitum, sed per hoc quod aliquid habet autoritatē vniuersalis principij repugnat eidē esse genitum, nam si esset genitum, aut à se, aut ab alio, non à se, siquidē nihil se ipsum gignat, neq; ab alio, nam illius non esset principium, & ita non esset vniuersale omnium principium, fundatur igitur ingenitum in autoritate, siue vniuersalitate primi principij. Hæc porrò autoritas primi, & vniuersalis principij licet in absolutis importet omnimodam perfectionem, nempe cum omnimodam independentiam declaret, in diuinis non itidem, quandoquidem autoritas originis in diuinis non declaret excellentiam, aut maioritatem perfectionis.

Quarta conclusio. Innascibilitas non est proprietas patris constitutiua. Probatio. Prima persona constituitur per primam proprietatem, sed pater est prima persona in diuinis: & innascibilitas non est prima proprietas, igitur innascibilitas non est proprietas patris constitutiua. Minor ostenditur. Id quod supponit aliud non est primum: sed innascibile supponit aliud, etenim innascibile est priuatiuum, priuatio autem supponit cum subiectum, tum fundamentum: igitur innascibilitas non est prima proprietas.

Item, ad constitutionem nihil facit nisi quod est positiuum: at persona patris est positiuā, & innascibile nihil ponit, igitur innascibilitas nō est proprietas constitutiua patris.

Postremo, illa proprietas non constituit personam in diuinis per quam non coexistat alteram personam, etenim persona diuina est relatiua, quo efficitur vt interuentu relatiuæ proprietatis constituentis, alteram personam coexistat: atqui innascibilitas est huiusmodi, namque innascibilitas solū negat personam à qua sit, & non ponit alterā, non est igitur innascibilitas diuinæ personæ constitutiua.

4. conclusio. Innascibilitas non est proprietas constitutiua.

non est proprietas constitutiua.

Ingenitū propriè significat negationem essendi ab alio quocūq; modo, siue per productionē siue per communicationē, & ita neq; spiritus est ingenitus, neq; essentia diuina.

3. conclusio. Fundamentum innascibilitatis, est autoritas primi principij.

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

**P**rima cōclusio sic refellitur. Diuinus pater sufficienter innotescit paternitate, & cōmuni spiratione. Namq; paternitate discernitur à filio: cōmuni vero spiratione dignoscitur ab spiritu sancto, non est igitur innascibilitas habenda in notionibus.

Secunda conclusio sic infirmatur. Ingenitum prout dicit priuationem eius, quod formaliter importatur per genitum conuenit spiritui sancto, & diuinæ essentiae, vtrunque siquidē non est genitum: non est igitur ingenitum prout dicit priuationem generationis passiuæ, diuini patris notio. Consecutio firma est, quoniam in notione illud requiritur vt sit propriū quiddam personæ, aliqui illam dignoscendam minimē præberet. Notiones enim proprietates sunt quædam, quibus diuinæ inter se personæ dignoscuntur, etcæt.

Tertia conclusio sic refutatur. Si in diuinis nulla esset emanatio, adhuc illud suppositum esset ingenitum, igitur authoritas vniuersalis principij non est ratio propter quam patri conuenit esse ingenitum.

Quarta conclusio in hunc modum infirmatur. Prima persona constituitur per primam, & perfectiorem proprietatem, at pater est prima persona, & innascibilitas est prima proprietas, eaq; perfectior, quam paternitas: igitur diuina persona patris per illam constituitur. Minor probatur quoad priorem partem. Quemadmodum se habet habere esse ad cōmunicare esse, ita modus habendi esse ad modum communicandi esse: sed habere esse est prius, quam cōmunicare esse: igitur modus habendi esse est prior, quam modus cōmunicandi esse, atqui innascibilitas significat modum habēdi esse. s. non ex alio, paternitas vero modū communicandi esse, per generationem scilicet: igitur innascibilitas est prior proprietas, quā paternitas. Confirmatur, quia innascibilitas est paternitati causa essendi. Nam quemadmodum filius, quia genitus non generat: ita pater quia ingenitus generat, est igitur

innascibilitas prior proprietas, quam paternitas. Postremo, ad innascibilitatem fit resolutio cum persona reducitur ad personā secundum ordinē producentis, & producti. Est enim persona producta non producēs, & est persona producens, & producta, tandem est persona producens, & nullo modo producta, hoc autem est esse innascibile idest, non ex alio, igitur innascibile est vltimum in resolutione, ac proinde primum in compositione.

Quod autem innascibilitas sit perfectior proprietas, ostenditur in hunc modum. Illa quæ sunt in Deo perfectiora non sunt cōmunicabilia cum creaturis, at innascibilitas est huiusmodi, non paternitas, vt patet, igitur innascibilitas est perfectior, quam paternitas.

DILVTIO ARGUMENT.

**P**rimum argumentum diluitur negatione antecedentis. Nam pater innotescit paternitate, & spiratione communi, quatenus est principium originis: innotescit autē innascibilitate quatenus est primum principium, siue vt principium, non de principio. Nomine siquidem ingeniti prout est patris notio significatur negatio essēdi ab alio simpliciter. Sola enim persona patris in diuinis est principium non de principio.

Ad secundum dicitur, ingenitum prout dicit priuationem generationis passiuæ cōuenire patri, quemadmodum secunda conclusione docuimus: nō tamen vt sic est notio patris, sed prout significat negationem essendi ab alio quocunq; modo, siue per productionem, siue per cōmunicationem. Sic enim sumptū nulli alteri cōuenit nisi patri, vt qui solus in diuinis non sit ab alio onino.

Ad tertium dicitur, antecedens esse verū in absolutis. Nam si esset vnum suppositum in diuinis absolutum, esset illud quidē ingenitum, vtpote quia à nullo esset profectū, & haberet omni modam perfectionē à se, cæterum in ijs quæ constituuntur, & distinguuntur relationibus originis cōclusio tertia habet verum: siquidē pater constituatur in esse

Ad 1.  
Pater innotescit duobus modis, & qui principium originis, & quia principium primum.

Ad 2.  
Ingenitū est notio prout significat negationem essendi ab alio quocunq; modo.

Ad 3.